Ne dubites, cum magna petas, impendere parua.
His etenim rebus coniungit gratia charos.
Litem inferre caue, cum quo tibi gratia iuncta est.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Seruorum ob culpam cum te dolor urget in iram.
Ipse tibi moderare, tuis ut parcere possis.
Quem superare potes, interdum uince ferendo.
Maxima enim morum fertur patientia uirtus.
Conserua potius, quæ sunt iam parta labore.
Quum labor in damno est, crescit mortalis egestas.
Dapsilis interdum notis, ut gratus amicis.
Quum fueris fœlix, semper tibi proximus esto.

Secunda parnesis.

TElluris si forte uelis cognoscere cultus.
Virgilium legito, quòd si magne nosse labora.
Herbarum uires, Macer tibi carmine dicit.
Si Romana cupis, & Punica noscere bella
Lucanum quæras, qui Martis prælia dicet.
Si quid amare libet, uel discere amare legendo,
Nasonem petito sin autem hæc unica cura est.
Vt sapiens uiuas, audi, quo discere possis.
Per quæ semotum uitijs traducitur æuum.
Ergo ædes. & quæ sit sapientia, disce legendo.
Si potes, ignotis etiam prodesse memento.
Vtilius regno est, meritis acquirere amicos.
Mitte arcana Dei, cœlumq; inquirere quid sit.
Quum sis mortalis, quæ sunt mortalia cura.
Linque metum lethi, nam stultum est tempore in omni.
Dum mortem metuis, amittere gaudia uitæ.
Iratus de re incerta, contendere noli,
Impedit ira animum ne possis cernere uerum.

Fac ſumptum propere cum res deſiderat ipſa.
Dandum etenim eſt aliquid cum tempus poſtulat. aut res
Quod nimium eſt fugit, paruo gaudere memento.
Tuta mage eſt pupis, modico quæ flumine fertur.
Quod pudeat ſocios, prudens cælare memento.
Ne plures culpent id, quod tibi deſplicet uni.
Nolo putes prauos homines peccata lucrari.
Tempore nanque latent, hinc certo tempore parent.
Corporis, exigui uires contemnere noli.
Conſilio pollet, cui uim natura negauit.
Quem ſcieris non eſſe parem tibi tempore, cede.
Victorem à victo ſuperari ſæpe uidemus.
Aduerſus notum noli contendere uerbis.
Lis minimis uerbis interdum maxima creſcit.
Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte.
Quid ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe.
Inuidiam nimio cultu uitare memento.
Quæ ſi non lædit, tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.
Eſto animo forti quum ſis damnatus inique.
Nemo diu gaudet, qui iudicæ uincit iniquo.
Litis præteritæ noli maledicta referre.
Poſt inimicitias, iram meminiſſe malorum eſt.
Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe.
Hoc, faciunt ſtulti, quos gloria uexat inanis.
Vtere quæſitis modice, cum ſumptus abundat.
Labitur exiguo quod partum eſt tempore longo.
Inſipiens eſto cum tempus poſtulat, aut res.
Stultitiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt.
Luxuriam fugito, ſimul, & uitare memento.
Crimen auaritiæ, nam ſunt contraria famæ.
Noli tu quædam referenti credere ſemper.

Exigua est tribuenda fides, qui multa loquuntur
Quod potu peccas, ignoscere tu tibi noli
Nam nullum crimen uini est, sed culpa bibentis.
Consilium arcanum tacito commite sodali.
Corporis auxilium medico commite fideli.
Successus indignos noli tu ferre moleste.
Indulget fortuna malis, ut lædere possit.
Prospice qui ueniunt, hos casus esse ferendos.
Nam leuius ledit, quicquid præuideris ante.
Rebus in aduersis animum submittere noli.
Spem retine, spes, una hominem nec morte relinquit.
Rem, tibi quam noscis aptam, adimere noli.
Fronte capillata, post hæc occasio calua.
Quod sequitur specta, quod imminet ante uideto.
Illum imitare Deum, qui partem spectat utramq;
Fortior ut ualeas, interdum parcior esto.
Pauca uoluptati debentur plura saluti.
Iudicium populi nunquam contempseris unus.
Vlli ne placeas, dum uis contemnere multos.
Sit tibi præcipue, quæ prima est, cura salutis.
Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris.
Somnia ne cures, nam mens, humana, quod optat.
Quum uigilat, sperans, per somnum cernit idipsum.

Tertia paræneſis.

HOc quicunq; uelis carmen cognoscere lecto
Hæc præcepta feres, quæ sunt gratissima uitæ.
Commoda multa feres. Sin autem spreueris illud.
Non me scriptorem. Sed te neglexeris ipse.
Instrue præceptis animum, nec discere cesses.
Nam sine doctrina uita est quasi mortis imago.
Cum recte uiuas, ne cures uerba malorum.

Arbitrij noſtri non eſt: quid quiſq; loquatur.
Productus teſtis: ſaluo tamen ante pudore
Quantuncunq; potes celato crimen amici.
Sermones blandos fictoſq; cauere memento,
Simplicitas uera eſt bona: ſed ſimulata doloſa.
Segnitiem fugito: quæ uitæ ignauia fertur.
Nam cum animus languet: conſumit inertia corpus.
Interpone tuis interdum gaudia curis.
Vt poſsis animo quemuis ſuffere laborem.
Alterius dictum aut factum: ne carpſeris unquam.
Exemplo ſimili: ne te deriderat alter.
Quæ tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato:
Augendo ſcrua ne ſis quem fama loquatur.
Cum tibi diuitæ ſuperant in fine ſenectæ.
Munificus facito uiuas: non parcus amicis.
Vtile conſilium dominus ne deſpice ſerui.
Nullius ſenſum ſi prodeſt: contempſeris unquam
Rebus: & in cenſu ſi non eſt: quod fuit ante.
Fac uiuas contentus eo: quod tempora præbent.
Vxorem fuge ne: ducas ſub nomine dotis.
Nec retinere uelis: ſi cœperit eſſe moleſta.
Multorum diſce exemplo: quæ: facta ſequaris
Quæ fugias: uita eſt nobis aliena magiſtra.
Quod potes: id tentes: operis ne pondere preſſus:
Succumbat labor: & fruſtra tentata relinquas.
Quod noſti haud recte factum, nolito tacere,
Ne uideare malos imitari uelle tacendo.
Iudicis auxilium ſub iniqua lege rogato,
Ipſæ etiam leges cupiunt, ut iure regantur.
Quod merito pateris: patienter ferre memento.

Quumq; reus tibi sis, ipsum te iudice damna.
Multa legas facito, perlectis per lege multa.
Nam miranda canunt, sed non credenda poetæ.
Inter conuiuas fac sis sermone modestus.
Ne dicare loquax, dum uis urbanus haberi.
Coniungis iratæ noli tu uerba timere.
Nam lacrymis struit insidias, dum fœmina plorat.
Vtere, quæsitis, sic ne uidearis abuti.
Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur.
Fac tibi proponas mortem non esse timendam
Quæ bona si non est, finis tamen illa malorum est.
Vxoris linguam si frugi est ferre memento.
Namq; malum est, nil uelle pati, nec posse tacere.
Dilige non ægra charos pietate parentes.
Nec matrem offendas, dum uis bonus esse parenti.

Quarta Paræneſis.

SEcuram quicunq; cupis traducere uitam.
Nec uitijs, hærere animum, quæ moribus obsunt
Hæc præcepta tibi semper relegenda memento.
Inuenies aliquid, quo te ipso utare magistro.
Despice diuitias, si uis animo esse beatus.
Quas qui suspiciunt, mendicant semper auari.
Commoda naturæ nullo tibi tempore deerunt.
Si contentus eo fueris, quod postulat usus.
Cum sis incautus, nec rem ratione gubernes.
Noli fortunam, quæ non est, dicere cæcam.
Dilige denarium, sed parce dilige formam,
Quam nemo sanctus, nec honestus captat habere.
Cum fueris locuples, corpus curare memento.
Aeger diues habet nummos, sed non habet ipsum.
Verbera cum tuleris discens aliquando magistri.

Fer patris imperium, cum uerbis exit in iram
Res age quæ prosunt rursus uitare memento,
In quibus error inest, nec spes est certa laboris.
Quod donare potes, gratis concede roganti.
Nam recte feciſe bonis in parte lucrorum est.
Quot tibi suspectum est, confestim discute quid sit.
Nanq; solent primo, quæ sunt neglecta, nocere.
Quum te detineat Veneris damnosa uoluptas,
Indulgere gulæ noli, quæ uentris amica est.
Quum tibi proponas animalia cuncta timere,
Vnum hominem tibi præcipio plus esse timendum.
Quum tibi prævalidæ fuerint in corpore uires,
Fac sapias, poteris uere sic fortis haberi.
Auxilium à notis petito, si forte laboras.
Nec quisquam est melior medicus, quam fidus amicus.
Quum sis ipse nocens, moritur cur uictima pro te?
Stultitia est, morte alterius sperare salutem.
Quum tibi uel socium, uel fidum quæris amicum.
Non tibi fortuna est hominis, sed uita petenda.
Vtere quæsitis opibus, fuge nomen auari.
Quid tibi diuitiæ prosunt, si pauper abundas,
SI famam seruare cupis, dum uiuis honestam.
Fac fugias animo quæ sunt mala gaudia uitæ.
Quum, sapias animo, noli irridere senectam.
Aetas cana nimis pueriles induit annos.
Disce aliquid nam cum subito fortuna recedit.
Ars remanet, uitamq; hominis non deserit unquam.
Perspicito tecum tacitus, quid quisq; loquatur.
Sermo hominum mores & cælat & indicat idem.
Exerce studium, quamuis perceperis artem.
Vt cura ingenium, sic & manus adiuuat usum.

Multum ne cures uenturi tempora fati.
Non timetis mortem, qui scit contemnere uitam.
Discе, sed à doctis, indoctos ipse doceto.
Propaganda etenim est rerum doctrina bonarum.
Hoc bibe quo possis, si tu uis uiuere sanus.
Morbi cāusa mali est homini quandoq; uoluptas.
Laudaris quodcunq; palàm, quodcunq; probaris,
Dispice, ne rursus leuitatis crimine damnes.
Tranquilis rèbus, quæ sunt aduersa, caueto.
Rursus in aduersis melius sperare memento.
Discere necesses, cura sapientia crescit.
Rara datur longo prudentia temporis usu.
Parce laudato, nam quem tu sæpe probaris,
Vna dies qualis fuerit, monstrabit amicus.
Ne pudeat, quæ nescieris, te uelle doceri.
Scire aliquid laus est, pudor est nil discere uelle.
Cum Venere, & Baccho lis est, & iuncta uoluptas.
Quod lautum est animo complectere, sed fuge lites.
Demissos animo, ac tacitos uitare memento.
Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda.
Quum tibi displiceat rerum fortuna tuarum,
Alterius specta, quo sis discrimine peior.
Quod potes id tenta, nam littus carpere remis.
Tutius est multo, quam uelum tendere in altum.
Contra hominem iustum praue contendere noli.
Semper enim Deus iniustas ulciscitur iras.
Ereptis opibus noli mœre dolendo.
Sed laude potius, tibi si contingat habere.
Est iactura grauis, quæ sunt amittere damnis:
Sunt quædam, quæ ferre decet patienter amicum.
Tempora longa, tibi noli promittere uitæ.

Quocunq; ingrederis, sequitur mors corporis umbra.
Thure Deum placa, uitulum sine crescat aratro.
Ne credas placare Deum, dum cæde litatur.
Cede locum læsus, fortunæ cæde potenti.
Lædere qui potuit, prodesse aliquando ualebit.
Quum quid peccaris, castiga te ipse subinde.
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.
Damnaris nunquam post longum tempus amicum.
Mutauit mores, sed pignora prima memento.
Gratior officijs, quo sis magne, charior esto.
Ne nomen subeas, quod dicitur offici perdi.
Suspectus caueas, ne sis miser omnibus horis.
Nam timidis, & suspectis aptissima mors est.
Quum fueris seruos proprios mercatus in usus.
Et famulos dicas homines tamen esse memento.
Quamprimum rapienda tibi est occasio prima.
Ne rursus quæras, quæ iam neglexeris ante.
Morte repentina noli gaudere malorum.
Felices obeunt, quorum sine crimine uita est.
Quum coniux tibi sit, nec res, & fama laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen amici.
Quum tibi contingat studio cognoscere multa,
Fac discas multa, & uites nescire doceri,
Miraris uerbis nudis me scribere uersus?
Hos breuitas sensus fecit coniungere binos.

FINIS.

TERTIA EDITIO HARVM INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM NOVO ORDINE DISPOSITARVM.

STEPHANI PLAZONIS ASVLANI ad nobiles Antonium, & Dominicum filios Magnifici domini Gabrielis Mauri equitis clarissimi, in Grammatices institutiones præfacio.

HEracleotes Zeusis pictorum suæ ætatis longe omnium præstantissimus Helenæ depicturus imagine, dicitur ex multis magna præditis uenupate, quinque uirgines delegisse formosissimas, ut mutum in simulachrum ex animali exemplo integra pulchritudo transferretur, non enim omnia, quæ ad dignitatem muliebrem spectant, uno in corpore inuenire se posse existimauit. Ex eo igitur uirginum numero quas sibi exemplum Zeusis proposuerat, ea forma corporis quæ in singularis erat egregia, obseruata, absolutissimum depinxit Helenæ simulachrum. Hunc Cicero eloquentiæ parens artem dicendi per scripturus se imitatum profitetur. Is enim scriptoribus uniuersis, qui ante ipsum de arte dicendi præcepta tradiderant, unum in locum coactis, quod quisque commodissime præcipere uidebatur, excerpsit, atq; (ut ipse asserit) ex uarijs ingenijs eccellẽtissima quæque libauit. Nos quoq; Ciceronis exemplo ducti in his perscribendis institutionibus grammaticis non unum aliquot proposuimus exemplum nobis imitandum, sed omni fere Grammaticorum copia in unum collecta ex his potissimum qui nomine, & memoria digni sunt bene inuenta cuiusque excerpsimus, & in unũ congessimus. Qua in re non mihi uitio uertendum existimo.

Si quæ ex uarijs Grammaticorum institutionibus mutuatus sum, iisdem ipsis uerbis quibus, & ipsi usi sunt, quemadmodũ locus exigere uidebatur, & ego sæpe expresserim. Non enim huic rei me accinxi, ut in has Grammaticas præceptiones tãtum nostra afferrem, sed ut nostra, & aliorum bene inuenta in quandam non inutilem seriem digererem, & quodã modo apes imitarer, quæ uagantes ex diuersis floribus succũ uariũ decerpunt, quẽ dehinc in saporem fructumq; suauissimum tẽperatura quadam ex industria sua transmutant. Quædam ex nostro addidimus quædam nimis prolixa ademimus quædam subobscura, clara fecimus. Nec indigeste tanquã in aceruum cõgessimus, sed per partes, & particulas omnia disposuimus, atq; ad græcorum imitationẽ qui huiuscemodi Grammatices introductiones Erotemata hoc est interrogationes appellãt, sub formã interrogandi redegimus: quo et facilius memoriæ mandarentur, & fidelius tenerentur. Verũ cum sit consuetudo quædã nõ improbanda ab antiquis accepta, ut quemadmodum illi primitias alicui deorũ cuius numine reliqua messis, esset, & felicior, & fructuosior offerebant, sic etiam omnes fere docti opera magnis uiris, et plerunq; artium professores suis studiosis discipulis dicare soleant: multis de causis teneor Antoni: & Dominice mihi discipuli omnium Carissimi hoc meum grammatices opusculum (qualecunq; est) uobis in primis dedicare. Nam pater uester uir uere magnificus, Senator amplissimus: & Eques ornatissimus, cui semper ob multa in me beneficia obnoxius ero tanti has nostras institutiones fecit, ut nulli expẽsæ pepercerit, curaueritq;: ut omnino imprimerentur. Non parum gloriæ me ademptum esse arbitror, cũ uideã: has meas primitias tali, tantoq; uiro non displicuisse, atque ingenue fateor nõ tam propere prius edidissem nisi eius acerrimo iudicio plurimum, confisus essem. Nemiremini

autem mi Antoni, tuq; Dominicæ ſtudioſiſſimi, ſi in hac tertia Editione quædã ſunt mutata, quædã ẽt melius explicata. Nam ut inquit ille, Decies, repetita placebũt. Si ẽt decies reuiſa, & recognita melius corriguntur. hiſce noſtris inſtitutionibus addidimus ẽt nouum Opuſculũ, in quo de nominum declinatione, & generibus ac de uerborum præteritis, & ſupinis adeo perſpicue egimus, ut nullus fere labor illis ſit futurus, qui noſtra induſtria uti uoluerint. Sed de hac re nõ plurib. agã, Nam (ut ſpero) res ipſa indicabit, & docendi peritiſſimi abſq; ulla inuidia id facile approbabunt. Vos aũt (ut facitis) in iſta ætate adhuc tenera grammaticem, quæ pueris eſt neceſſaria. et ſenibus iucunda, ſtudioſe amplectimini, ut deinceps gradatim ad cæteras artes ſcientias tranſire poßitis, & tanto patre digniſſimi filij uere habeamini. Valete.

Quot ſunt Græcorum literæ? quatuor & uiginti.

α.β.γ.δ.ε.ζ.η.θ.ι.κ.λ.μ.ν.ξ.ο.π.ρ.σ.τ.υ.φ.χ.ψ.ω.

Vocales? ſeptem. α.ε.η.ι.υ.ο.ω.

Vocales natura longæ? duæ. η. & .ω.

Vocales natura breues? duæ. ε. & .ο.

Vocales cõmunes? tres. α.ι.υ.

Diphtongi propriæ? ſex. αι. αυ.ει.υ.οι.ου.

Diphtongi impropriæ? quinque. α.η.ηυ.ι.ω.

Cõſonãtes? decẽ et ſeptem. β.γ.δ.ζ.θ.κ.λ.μ.ν.ο.π.ρ.σ.τ.φ.χ.ψ.

Semiuocales? octo. ζ.ξ.ψ.λ.μ.ν.ρ.σ.

Duplices? tres. ζ.ξ.ψ.

Immutabiles, ſiue liquidæ? quatuor. λ.μ.ν.ρ.

Mutæ? nouem. β.γ.δ.κ.π.τ.θ.χ. Aſpiratæ? tres. θ.φ.χ.

Tenues? tres. κ.π.τ. Mediæ? tres. β.γ.δ.

QVID eſt Grammatica? ars congrue loquendi, recte ſcribendi, Poetas, Hiſtoricos, & cæteros authores enar-

randi perſpicue rationem,& uſum complectens.

Vnde dicta eſt Grammaticæ? a literis,quæ græce Grammata appellantur,quia incipiens a literis , quæ dicuntur etiam clementa,agit de ſyllaba,dictione,& oratione.

Quot ſunt partes Grammaticæ? quatuor,litera,ut,S,o,Syllaba ut So,cra,tes. Dictio,ut,Socrates Oratio,ut Socrates docuit Platonem.

Quid eſt litera? eſt minima pars uocis cõpoſitæ ex literis,uel litera eſt uox indiuidua,quæ ſcribi poteſt.

Vnde dicta eſt litera? quaſi legitera, eo quòd ad legendum iter præbeat.

Quod ſunt literæ latinæ? uiginti.a,e,i,o,u,l,m,n,r,ſ,x,z,b, c,d,f,g,p,q,t. Hæc.n,lit. K.græca eſt, pro qua.c.utimur.

Quot ex his ſunt uocales? quinque latinæ,a,e,i,o,u, & una græca,y, pſylon qua utimur ſolum in dictionibus græcis, ut Hyppolitus,& Hieronymus.

Quot ſunt uocales,quæ poſſunt eẽ cõſonãtes? duæ,i,& u,qđ fit,cũ eas ſequitur uocalis in eadẽ ſyllaba, ut Iupiter, Venus,et.i,poſita inter duas uocales ita,ut,cum ſequenti ſimul proferatur, fit duplex conſonans,ut, Troia,Maia.

Quot ex uocalib.fiũt diphthõgi? quatuor,æ,œ,au,et eu,quarũ duæ primæ ſcribũtur,at nõ proferũtur,ut,æſtimo cœpi,Secũdæ uero ſcribũtur et proferuntur,ut aula, Eurus. et ei, qua utebãtur antiqui in quibuſdã accuſatiuis nominũ tertiæ declinationis.ut,apud Saluſtiũ, Omneis homines ſumma ope niti decet,ne uitam ſilentio tranſeant.

Quot ex literis ſunt conſonantes? quindecim.l.m.n.r.s.x. z.b.c.d.f.g.p.q.t. Hæc uero forma,H,non eſt litera, ſed eſt aſpirationis nota, tamen in his duabus dictionib.mihi nihil uidetur habere uim craſſæ liter.æ,hoc eſt aſpirate.

Quot ex conſonãtibus ſunt ſemiuocales? ſeptẽ.l.m.n.r.ſ.x.

& .z. qua utimur in dictionibus græcis.

Quot ex consonantibus sunt mutæ? octo. b. c. d. e. f. g. p. q. t.

Quot ex semiuocalibus sunt duplices? duæ. x. & .z.

Quare dicuntur duplices? quia habent uim duarum literarum. x. enim habet uim, c, &, s. ubi nos dicimus pax, antiqui dicebant pacs. Z. uero gemini. ſſ. ubi nos dicimus Patrizo, antiqui dicebant patriſſo.

Quot ex semiuocalibus sunt ueræ liquidæ? duæ. l. & .r.

Quot sunt consonantes aſpiratæ? quatuor, Ph, Th, Ch, Rh, ut Philoſophus, Theodorus, Chorus, Rhetoricæ.

Quid est ſyllaba? est comprehenſio literarum ſub uno accentu, & uno ſpiritu indistanter prolata.

Vnde dicitur ſyllaba? à ſyllambano. i. ſimul capio, quia literas ſub uno accentu comprehendat.

Quot literis constare pōt ſyllaba? una uocali, una diphtongo uſq; ad ſex literas, ut, a. æ æ æ, ab, abs, dēs, frons, ſtirps.

Quid eſt dictio? est minima pars orationis compoſitæ ex dictionibus quantum ad totius ſententiæ cognitionem.

Vnde dicitur dictio? à dicendo, quod aliquid dicat, hoc est ſignificet.

Quid est oratio? est recta dictionum compoſitio integram ſententiam comprehendens.

Vnde dicitur oratio, ab orando, id est dicendo. Vnde etiam orator dicitur, qui orando. i. dicendo cauſas teneatur.

De partibus orationis.

Quot ſunt partes orationis octo, Nomen, Verbum, Participium & Pronomen, Præpoſitio, Aduerbium, Interiectio, & Coniunctio.

Quot ſunt partes Declinabiles? quatuor, nomen, uerbum, participium, pronomen.

Quot ſunt partes indeclinabiles? quatuor, præpoſitio, ad-

uerbium,interiectio,& coniunctio.

De examinatione nominis.

Quid est nomen? pars orationis declinabilis, quæ significat substantiam, aut qualitatẽ propriam, uel communem.

Quot sunt accidentia nominis? quinq;, species, genus, numerus, figura, & casus.

Quot sunt species nominum? duæ, primitiua, ut mons, deriuatiua, ut montanus.

Quot sunt genera nominũ? septẽ large loquendo, masculinũ nt hic Deus, fœmininũ, ut hæc Dea, neutrũ, ut hoc tẽplũ. Cõmune, ut hic & hæc hõ, omne, ut hic hæc & hoc fœlix promiscuum, ut hic accipiter, incertũ, ut hic uel hæc dies.

Quot sunt numeri nominum? duo, singularis, ut homo pluralis ut homines.

Quot sunt figuræ nominum? tres, simplex, ut animus. Composita, ut magnanimus. decõposita, ut magnanimitas.

Quot sunt casus nominũ? sex, nominatiuus, ut Plato, genitiuus. ut Platonis, datiuus, ut Platoni. accusatiuus, ut Platonem, uocatiuus, ut ò Plato. ablatiuus, ut à Platone.

Quot sunt Recti? unus, nominatiuus, ut Plato.

Quot sunt obliqui? quatuor, gtũs. dtũs. actũs. abltũs. uocatiuus aũt est ꝑ se uocandi casus, qui tãtũmodo secundæ iũgitur personæ, ad quã sermo dirigitur, ut quid ais, Biria?

Quot sunt articuli? tres, hic, hæc, hoc. hic est signum generis masc. hæc fœmi. hoc neutri. hic, & hæc, cõis, hic & hæc et hoc omnis, hic uel hæc incerti, hic accipiter promiscui.

Quot sunt indeclinationes nominum? quinq;.

Prima, cuius genitiuus singularis in, æ, diphtongum, desinit, ut hæc Dea, huius Deæ.

Secunda, in, i, productam, ut hic Deus, huius Dei.

Tertia, in is correptam, ut hic Plato, huius Platonis.

Quarta in us, uel in u, productam, ut, hic uisus, huius uisus. hoc cornu huius cornu.

Quinta, in ei diuisa syllaba, &, ut hæc species, huius speciei.

Quid est nomen proprium? quod, uni soli conuenit, ut Socrates, Plato.

Quid est appellatiuum, quod naturaliter est commune multorum, ut animal, homo, piscis, arbor.

Quid est nomen substantiuum? quod substantiam significat & uariatur per unum articulum tantum, ut hic Plato uel per duos ad summum, ut hic, & hæc homo.

Quid est nomen adiectiuum? quod qualitatem aut quantitatem significat, & uariatur per tres diuersas uoces, ut albus, alba, album, magnus, magna, magnum.

Vel per tres articulos, et unam uocem, ut hic, & hæc, & hoc audax. Vel per tres articulos & duas uoces, ut hic & hæc fortis, & hoc forte.

Vel per tres articulos, & tres uoces, ut hic acer, hæc acris, et hoc acre.

Vnde dicitur substãtiuum? quod per se subsistet in compositione sine adhærentia alterius nominis, ut Milo, currit.

Vnde dicitur adiectiuum? quod in compositione suo substantiuo adijciatur, ut candida rosa placet mihi.

De examinatione uerbi.

QVid est uerbum? est pars orationis declinabilis cum modis temporibus agendi uel patiendi significatiua.

Quot sunt accidentia uerbi? octo, genus, tempus, modus, species, figura, coniugatio, persona, & numerus.

Quot sunt genera uerborum, quinq;, Actiuum, ut amo. Passiuum, ut amor. Neutrum. ut seruio. Cõmune, ut largior. Deponens, ut sequor,

Quot sunt tẽpora uerborum? quinq;, præsens, ut amo. ptũm

imperfectum, ut amabam, ptũm perfectũ, ut amaui, ptũm pluſquam perfectum, ut amaueram. futurum, ut amabo.

Quot ſunt modi uerborum? quinq;. Indicatiuus, ut amo. Imperatiuus, ut ama. Optatiuus, ut utinam amarem. Subiunctiuus, ut cum amem. Infinitiuus, ut amare.

Quot ſunt ſpecies uerborum? duæ, primitiua, ut amo, deriuatiua, ut amor, & facio faceſſo.

Quot ſunt figuræ uerborum? tres, ſimplex: ut taceo. compoſita: ut conticeo decompoſita: ut conticeſco.

Quot ſunt coniugationes uerborum? quatuor.

Prima, quæ habet in ſecunda perſona præſentis indicatiui modi as, aut aris, longam, ut amo, amas, & amor, amaris.

Secunda, quæ habet es, aut eris longam: ut doceo, doces: & doceor doceris.

Tertia, quæ habet is. aut eris breuem: ut lego, legis: & legor. legeris.

Quarta, quæ habet is: aut iris longum: ut audio, audis: & audior, audiris.

Quot ſunt perſonæ uerborum? tres. prima, ut amo. ſecunda: ut amas. tertia, ut amat, Sic plurali. prima: ut amamus. ſecunda ut amatis. tertia, ut amant.

Quot ſunt numeri uerborum? duo, ſingularis, ut amo. pluralis, ut amamus.

Quot ſunt uerba Anomala? quatuor. ſum, uolo, fero, & edo, cum ſuis compoſitis.

Quare dicuntur Anomala, quia non ſequuntur analogiam aliorum uerborum.

Quot ſunt uerba apocopata? quatuor. dic, duc, fac, fer.

Quare dicuntur apocopata? quia patiuntur apocopẽ. i. amputationem literarum in fine. Nam dicendum eſſet ſecundum analogiam imperatiuorum dice, duce, face, fere.

Quid est participiũ? pars orationiis declinabilis, quæ pro uerbo ponitur, & ab eo naturaliter deriuatur.

Quot accidunt participio? sex, genus, casus, tempus, significatio, numerus, & figura.

Quot sunt genera participiorũ? quinq; masculinũ, ut lectus fœmininũ, ut lecta. Neutrũ, ut lectum. cõe, ut in accusatiuo, hunc & hanc legentem. oẽ, ut, hic & hæc & hoc legens.

Quot sunt casus participiorũ? sex nominatiuus ut amans genitiuus, ut amantis. datiuus, ut amãti. accusatiuus, ut amantem. uocatiuus, ut, o amans ablatiuus, ut ab amãte uel amãti.

Quot sunt tempora participiorũ, quinq; cõiuncta in tria præsens & ptũm imperfectũ simul, ut amans & legẽs. ptũm perfectũ & plusquã perfectũ simul, ut amatus, & lectus. futurũ per se, ut amaturus, & amandus, lecturus & legendus.

Quot sunt significationes participiorum? quinq; actiua, ut amans passiua ut amatus, neutralis, ut seruiens. communis, ut largiens. deponens: ut sequens.

Quot suut numeri participiorum? duo, singularis, ut amans, pluralis, ut amantes.

Quot sunt figure participiorum? duæ simplex, ut legens, decomposita, ut perlegens. Nam participium per se compositum fit nomen, ut, Indoctus. Innocens.

De examinatione pronominis.

Quid est pronomen? pars orationis declinabilis, quæ pro prio nomine uniuscuiusq; rei ponitur, & certam significat rem, uel personam.

Quot sunt accidentia pronominis? sex, Species, genus, numerus figura persona, & casus.

Quot sunt species pronominum? duæ. primitiua, ut ego, tu, sui: Deriuatiua, ut meus, tuus, suus.

Quot ſunt genera pronominum? quinq;, maſculinum, ut meus. fœmininum ut mea. neutrum, ut meum. commune: ut hic & hæc noſtras. omne, ut ego, tu, ſui.

Quot ſunt numeri pronominum? duo ſingularis: ut ego, tu. pluralis, ut nos, uos.

Quot ſunt figuræ pronominum? duæ ſimplex: ut is, compoſita, ut idem, quod componitur ex is, & demum.

Quot ſunt perſonæ pronominum? tres. Prima, ut ego. Secunda ut tu. Tertia, ut ille. Similiter in plurali. Prima, ut nos. Secunda, ut uos. Tertia, ut illi.

Quot ſunt caſus pronominus? ſex. nominatiuus. ut tu. genitiuus. ut tui. datiuus: ut tibi accuſatiuus: ut te. uocatiuus, ut o tu. ablatiuus: ut a te.

Quot ſunt modi pronominum? quatuor.

Primus: cuius genitiuus ſingularis deſinit in, i, uel in, is, & datiuus in, i, ut ego mei, uel mis, mihi.

Secundus in ius, & datiuus in, i, ut ille illius illi.

Tertius in, i, & in, æ, diphtongum, ut meus mea meum. genitiuo mei meæ mei. more adiectiuorum primæ, & ſecundæ declinationis. Quartus in, is, ut noſtras noſtratis. ueſtras ueſtratis. more adiectiuorum tertiæ declinationis.

Quot ſunt pronomina primi modi? tria. ego, tu, ſui.

Quot ſunt pronomina ſecundi modi? quinque: ille, ipſe, iſte: hic & is.

Quot ſunt pronomina tertij modi? quinq; : meus, tuus, ſuus, noſter, & ueſter.

Quot ſunt pronomina quarti modi? duo, noſtras, et ueſtras.

Quot ſunt pronomina habẽtia uo. caſum? quatuor, ut hic uerſus indicat. Tu, meus, & noſter, noſtras, habuere uocãtẽ.

Quot ſunt pronomina, de quibus nulla dubõ eſt apud latino quindecim, octo primitiua, ego: tu: ſui: ille: ipſe: iſte: hic

& is. Deriuatiua septem, meus, tuus, suus, nóster, & ue= ster. nostras & uestras.

Quot sunt pronoĩa demõstratiua? quinq; ego, tu, hic, iste, ille.

Quot sunt pronomina relatiua? quatuor, is, suus, ipse, sui.

Quot sunt pronoĩa demõstratiua et relatiua? duo hic, & ille.

Quot sunt pronomina possessiua? quinq;. meus, tuus, suus, no ster & uester.

Quot sunt pronomina gentilia? duo. nostras, & uestras.

Hoc pronomẽ ipse pro quot personis ponitur? tribus, prima, secunda, & tertia ut, ipse dico ipse dicis. ipse dicit. Similiter in plurali ipsi dicimus ipsi dicitis ipsi dicunt.

De congruitate uerbi cum nominatiuo. Relatiui cum suo an= tecedente, & adiectiui cum substantiuo.

Verbũ cum ntõ in quot accidẽtibus debet cõcordare? in duo= bus persona, & nu. ut, Præceptor docet. Discipuli discũt.

Petrus, cuius personæ? tertiæ. quare? quia omnia nomina & pronomina sunt personæ tertiæ. exceptis ego, et nos, per= sonæ primæ. tu, & nos, personæ secundæ & uocatiuis no minibus, qui sunt personæ secundæ.

Relatiuum cum suo substantiuo antecedente, in quot acciden tibus debet concordare? in duobus genere, & numero. ut liber qui, epistola. quæ. Carmen, quod.

Adiectiuum cum suo substantiuo in quot accidentibus debet concordare? in quatuor, genere, numero. persona, & casu. ut istos candidus. Rosa candida. Lilium candidum.

De constructione uerborum.

QVot sunt genera uerborũ? duo. personale, et ĩpersonale.

Quid est uerbum personale? quod uariatur per tres perso= nas, & duos numeros.

Quot sunt genera uerborum personalium? quinq; actiuum, passiuum, neutrum, commune, & deponens.

Quid

Quid est uerbum actiuum? quod in,o, finitum format passiuum in or,ut,amo,amor,doceo,doceor.

Quot sunt species uerborum actiuorum? octa.

De prima specie actiuorum

QVæ sunt actiua primæ speciei,quæ dicũtur simplicia? quæ construuntur solum cum nominatiuo agente,& accusatiuo patiente,ut,Ego amo Deum,tu uendis libros.

Ille scribit literas, Plato docuit Aristotelem.

Quæ dicitur res agens? à qua actiuo uerbi prouenit.

Quæ dicitur res patiens? in quã actiuo uerbi,utcunq; transit.

Dic aliquot uerba actiua primæ speciei.

Verberat,& uideo,& facio, fastidio,honoro,
Fer,occidit,amo,colit,& formido,temetq;.
Polluoq;,& cerno,damnat,docet,audio narro.

Omnia cum quarto speciei dicito primæ.

Verbero	uerberas uerberaui uerberatum.	per battere
Video	uides uidi uisum	per uedere
Facio	facis feci factum.	per fare.
Fastidio	fastidis,stidiui,stiditũ.	per hauer in fastidio
Honoro	honoras,honoraui, honoratũ.	per honorare
Fero	fers tuli latum.	per portare
Occido	occidis occidi occisum.	per amazare
Amo	amas amaui amatum.	per amare
Colo	colis colui cultum.	per amar con honore
Formido	formidas,midaui,midatũ.	per hauer paura
Timeo	times timui ca. sup.	per temere
Polluo	polluis pollui pollutum.	per imbrattare
Cerno	cernis creui,cretum. uel certum.	per uedere
Damno	damnas damnaui damnatum.	per dannare
Doceo	doces docui doctum.	per insegnare
Audio	audis audiui auditum.	per udire

Narro,narras,narraui,narratum. per narrar & dir.
Idem uerbum põt ne esse diuersarum specierum? maxime,pro uarietate casuum, qui congrue applicantur alicui uerbo: nam si dico. Ego emi multos libros. est primæ speciei. Ego emi libros tanti. est secundæ. Ego emi libros tibi est tertiæ. Ego emo libros arte & ingenio est quintæ. Ego emo libros à Triphone bibliopola est sextæ, & sic alia multa apud authores.

Quid postremo seruandũ est? Omne uerbum ultra proprios casus, posse habere ablatiuum significantem causam efficientem, ut Amo te probitate tua. aut causam materialem, ut Boni uiri faciunt elemosynas pane, uino, numis. aut causam instrumentalem ut, Magister uerberat discipulos ferulat.

De secunda specie uerborum actiuorum.

QVæ sunt actiua secundæ speciei, quæ dicuntur possessiuæ? quæ post nominatiuum agentem, & accusatiuum patientem cum genitiuo construuntur. ut, Græci impleuerunt equum ligneum armatorum militum.

Dic aliquot actiua secundæ speciei.

Vendit, emit, redimit, locat, & conduco, reuendo.
Aestimo, uenundo, castigoq;, & reprehendo.
Arguit, incusat, condemno. atque impleo, multo.
Vendo, uendis, uendidi, uenditum. per uendere
Emo, emis, emi, emptum. per comprare
Redimo, redimis, redimi, redemptum. per rescotere.
Loco, locas, locaui, locatum. per dar a fitto
Conduco, conducis, conduxi, conductum. per torre a fitto
Reuendo, reuendis, reuendidi, reuenditum. per reuendere
Aestimo, æstimas, æstimaui, æstimatum. per estimare
Venundo, uenundas, uenundedi, uenundatum. per uendere

Castigo,castigas,castigaui,castigatum. per castigare
Reprehendo,prehendis,prehendi,prehensum per reprendere
Arguo,arguis,argui argutum. per redarguire
Incuso,incusas,incusaui,incusatum. per reprendere
Accuso,accusas,accusaui,accusatum. per accusare
Condemno,demnas,demnaui,condemnatum per condemnare
Impleo,imples,impleui,impletum. per implere
Multo,multas multaui multatum. per punire in denari.

IN omnibus uerbis, in quib. de pretio agitur, ipsum pretium in quo casu ponitur? in ablatiuo ut Vergilius in sexto.
Vendidit hic auro patriam. & alibi.
Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles.
Valerius etiam Maximus in libro quinto.
Magno ubiq; pretio uirtus æstimatur.
Sed excipiuntur magni, parui, multi, maximi, minimi plurimi & duo comparatiua pluris, & minoris, quibus si additur pretium ponuntur in ablatiuo, ut tanto pretio, quanto pretio, pluri pretio, minori pretio, ut Plinius in 35. lib. ubi loquitur de Pamphilo pictore.
Neminem, inquit, minoris docuit talento
Hoc est, neminem minori pretio docuit talento.
Et ubi Vergilius in 2. Aencidos dixit.
Hoc lithacus uelit, & magno mercentur Atridæ, & alibi.
Turno tempus erit, magno, cum optauerit emptum.
Intactum palant ibi Seruius exponit.
Magno. i. pretio. quibus exemplis, & authoritatibus sanè patet. pretium semper in ablatiuo poni. Tamen per hoc uerbum ualeo, pretiũ etiam in accusatiuo ponitur. ut Varro Denarij dicti sunt, quòd denos eris ualebant. Non tamen dicimus, tantum ualeo nisi, cum posse, & authoritatem habere significat.

Menſuræ, & ponderarerum, in quo caſu ponuntur? in accuſatiuo, ut Emi modicum tritici. uendidi amphoram uini. Emo decem libras carnis. Si uero dicerem.

Io compro la carne per doi ſoldi la libra. dicendum eſt. Emo carnem in libras duobus denarijs.

Vt Seutonius in uita Iulij Ceſaris. Vnde factũ. ut auro abundaret, terniſq; milibus numum in libras pro mercale aurum per Italiam prouincasq; diuenderet.

De uerbis actiuis tertiæ ſpeciei.

QVæ ſunt actiua tertiæ ſpeciei, quæ dicuntur acquiſitiua? quæ poſt nominatiuum agentem, & accuſatiuum patientem, cum datiuo conſtruuntur. ut, Homo pius dat. elemoſynas pauperibus.

Sed mitto. & ſcribo in ſoluta oratione habent potius accuſatiuum à parte ulteriore, ut Cicero miſit ſiue ſcripſit meas epiſtolas ad amicos.

Dic aliquot actiua tertiæ ſpeciei.

Scribo, lego, adſcribo, commendo, nuntio, mitto,
Lego, & reſtituo: Do, commodo mutuo, dono,
Addico, indico, edicoq; atq; indico, prodo.
Et dico, refero, declaro, impendo, uetoq;,
Suadeoq;, & ſubigo: promitto, accommodo, reddo.
Poſt quartum dandi gaudent hæc omnia caſu.

Quæ poſſunt eſſe? & tertia: & quinta ſpeciei.

Augeo, conduplico, accumulo, atq; impertio, dono.

Nam dicimus, Præceptor auget doctrinam nobis. &, Præceptor auget nos doctrina.

Scribo	ſcribis ſcripſi ſcriptum,	per ſcriuere
Lego	legis legi lectum.	per legere
Adſcribo	ſcribis ſcripſi ſcriptum.	per attribuir, & imputare
Commendo	commendas aui atum.	per recommandare

Nuncio *nunciãs nunciaui nunciatum. per auiſare*
Mitto *mittis miſi miſſum. per mandare*
Lego *legas aui atũ. per mandar & laſſar in teſtamẽto*
Reſtituo *reſtituis reſtitui reſtitutum. per reſtituire*
Do *das dedi datum. per dare*
Commodo *commodãs commodaui commodatum. per preſtare, quod redditur idẽ, ut ueſtimẽta, & libri, & uaſa.*
Mutuo *mutuãs mutuaui mutuatũ. per preſtare, quod nõ redditur idem. ut pecunia, oleum triticũ, & alia ſimilia.*
Dono *donãs donaui donatum. per donare*
Addico *addicis dixi ctũ. per deſtinare, ut addictus morti*
Indico *indicis indixi indictum. per far ſapere*
Edico *edicis edixi ctum. per comandare, unde Edictum*
Indico *indicãs indicaui indicatum. per moſtrare*
Prodo *prodis prodidi proditum. per tradire*
Dico *dicis dixi dictum. per dire*
Refero *refers retuli relatum. per referire*
Declaro *declarãs declaraui declaratum. per declarare*
Impendo *impendis impendi penſum. per ſpendere, & dare*
Veto *uetas uetui uetitum. per uetare*
Suadeo *ſuades ſuaſi ſuaſum, per eſortar a fare*
Perſuadeo *perſuades perſuaſi ſum per indur a fare*
Subigo *ſubigis ſubegi ſubactum. per ſottomettere*
Promitto *promittis promiſi promiſſum. per promettere*
Accõmodo *accommodãs accommodaui accommodatum. per accoaccozzare, & adaptare.*
Reddo *reddis reddidi redditum. per rendere*
Augeo *auges auxi auctum. per accreſcere*
Accumulo *accumulãs accumulaui latum. per accumulare*
Conduplico *conduplicãs caui catum. per indoppiare*
Impertio *impertis impertiui titum. per far partecipe*

QVæ ſunt uerba actiua quartæ ſpeciei, quæ dicuntur trãſitiua? quæ poſt nominatiuum agentem, & accuſatiuum patientem, cum altero accuſatiuo inanimato conſtruuntur, ut, Ego doceo te Grammaticam.

Dic aliquot actiua quartæ ſpeciei?

Flagito, poſco, peto, doceo, rogo, calceo, celo.
Exoro, admoneo, moneo, atque interrogo, cingo.
Induit, & ueſtit, Cumq; exuo, poſtulat oro.
Omnibus his quartos poteris coniungere binos.

Quæ poſſunt eſſe, & quartæ, & quintæ ſpeciei?

Exuo, & accingo, cum ueſtio, calceo, cingo.
Induoq;, ut gladium, & gladio, me cingit amicos.

Quæ poſſunt eſſe, & quartæ, & ſextæ ſpeciei?

Flagito, poſco, peto, rogo, poſtulo, ſicq; repoſco.
In ſextum debes animatum uertere quartum.

Flagito, flagitas, taui, tatum. per dimandare
Poſco, poſcis, popoſci, ca. ſup. idem ſig.
Peto, petis, petiui, petitum per dimandar de gratia
Doceo, doces, docui, doctum. per inſegnare
Rogo, rogas, rogaui, gatum. per dimandar et pregare
Calceo, calceas, calceaui, calceatum. per calzare
Celo, celas, celaui, celatum. per aſcondere
Exoro, exoras, exoraui, exoratum. per ottenere pregando
Admoneo, admones, admoniui, admonitum. per arrecordare ad altro.
Moneo, mones, monui, monitum idem ſignificat
Interrogo, interrogas, gaui, gatum. per dimandare
Cingo, cingis, cinxi, cinctum. per cenzere
Induo, induis, indutum. per ueſtire
Veſtio, ueſtis, ueſtiui, ueſtitum. idem ſig.

Postulo, postulas, postulaui, postulatum. per dimandare
Oro, oras, oraui, oraui, oratum. per pregare
Quid præterea seruandũ est in his uerbis? non posse dicere, Celo te hanc rem. celo tibi hanc rem. celo te hanc re. & celo de te hac re. Admoneo te huius rei, hanc rem, & de hac re. Dicimus etiam Postulo te furti. i. accuso te furti. & Induo tibi loricam.

De quinta specie actiuorum.

QVæ sunt actiua quintæ speciei, quæ effectiua dicuntur? quæ post nominatiuum agentẽ, & accusatiuũ patientem, cum ablatiuo sine præpositione construuntur, ut, Tutores spoliant quandoque pupillos suis bonis.

Dic aliquot actiua quintæ speciei.

Inficit, & munit, tegit, atq; irrito, leuoq;.
Educat, atq; cibat, uacuoq;, & farcio lacto.
Pascit, alit, spogliat, sternit, petit, afficit, ornat.
Impleoq; & satio, saturo, lanio, laceroq;.
Cædo, cnero, exonero, uexoq;, & spargo, corono.
Debent post quartum purum sibi iungere sextum.

Quæ possunt esse & quintæ & tertiæ speciei.

Spargo, onero, fundo, sterno, figoq;, leuoq;.
Nam dicimus, Tua epistola leuauit me molestijs. Et, Tua epistola leuauit mihi molestis.

Inficio, inficis, infeci, infectum. per tenzere
Munio, munis, muniui, munitum. per fortificare
Tego, tegis, texi, tectum. per coprire
Irrito, irritas, irritaui, irritatum. per prouocare.
Leuo, leuas, leuaui, leuatum. per allezerire.
Educo, educas, educaui, educatum per alleuare
Cibo, cibas, cibaui, cibatum. per dar manzare.
Vacuo, uacuas, uacuaui, uacuatum. per suodare.

Farcio *farcis farsi fartum. per implere*
Lacto *lactas lactaui lactum. per allattare*
Pasco *pascis paui pastum. per pascere*
Alo *alis alui alitum, uel altum. per nutrire*
Spolio *spolias spoliaui spoliatum. per spoliare*
Sterno *sternis straui stratum. per stendere & spianare*
Peto *petis petiui petitum. per assaltare*
Afficio *afficis affeci affectum. per disponere*
Orno *ornas ornaui ornatum. per ornare*
Impleo *impletis impleui impletum. per implere*
Satio *satias satiaui satiatum. per satiare*
Saturo *saturas saturaui saturatum. per satiare*
Lanio *lanias laniaui laniatum. per strazare*
Lacreo *laceras laceraui laceratum. per strazare*
Cædo *cædis cecidi cæsum. per ammazzare*
Onero *oneras oneraui oneratum. per cargare*
Exonero *oneras,exoneraui,exoneratum. per descargare*
Vexo *uexas uexaui uexatum. per dar impazo*
Spargo *spargis sparsi sparsum. per spargere*
Corono *coronas coronaui natum. per coronare*
Fundo *fundis fudi fusum.per spandere & reuersare*
Figo *figis fixi fixum. per ficare,unde crucifixus.*

De sexta specie actiuorum.

QVæ sunt actiua sexta speciei, quæ dicuntur separatiua? quæ post nominatiuum agentem,& accusatiuum patientem, cum ablatiuo cum a, uel ab, uel,e, uel ex, uel simili præpositione construuntur,ut Ego audiui,& didici multa a præceptoribus meis.

Dic aliquot actiua sextæ speciei.

Audit, & ediscit, uellit, mouet, amouet, arcet.

Accipio, retraho, cumq̃; exigo, ſeparo, ſoluo.
Haurit, habet, remouet, capit, atq; intelligit, aufert.
Sumo, abigo, extirpo, eripio, & diuello, uetoq̃;.

Audio audis audiui auditum. per aldire
Ediſco ediſcis edidici, ca. ſup. per imparar a mente
Diſco diſcis didici, ca, ſup. per imparar de nouo
Addiſco addiſcis addidici, ca. ſup. per imparare altre coſe
Dediſco dediſcis dedici, ca. ſup. per deſimparare
Vello uellis uelli, uel uulſi uulſum. per ſcarpire
Moueo moues moui motum. per mouer
Amoueo amoues amoui amotum. per tollere uia
Arceo arces arcui arcitum. per far ſtar da longe
Coerceo Coerces coercui coercitum, idem ſig.
Accipio accipis accepi, ptum. per togliere & intendere
Retraho retrahit retraxi ctum. per tirare indrieto
Exigo exigis exegi exactum. per riſcodere il debito
Separo ſeparas ſeparaui ſeparatum. per ſpartire.
Soluo ſoluis ſolui ſolutum. per dislegare
Haurio haurio hauſi haustum. per tirar fora
Exhaurio exhauris exhauſi exhauſtum per ſuodare
Habeo habes habui habitum. per hauere
Remoueo remoues remoui remotum. per remouere
Capio capis cepi captum. per pigliare
Intelligo intelligis intellexi intellectum. per intendere
Aufero aufers abſtuli ablatum. per portar uia
Sumo ſumis ſumpſi ſumptum. per pigliare
Abigo abigis abegi abactum. per parar uia
Extirpo extirpas extirpaui, tum. per eſtirpare
Eripio eripis eripui ereptum. per tuor per forza
Diuello diuellis, diuelli. uel diuulſi, diuulſum. per ſcarpire
Veto uetas uetui uetitum. per uetare

QVæ sunt uerba actiua septimæ speciei? quæ construuntur à fronte cum nominatiuo agente, a tergo uero cum dati-uo patiente, ut Boni pueri libenter audiunt magistris & parentibus suis.

Dic aliquot actiua septimæ speciei.

Audio, & ausculto, recipit, benedico, timetq;.
Impero, & inuideo, metuo, interdico, iubetq;.
Hæc quandoque solente solo gaudere datiuo.
Audio, audis, audiui, auditum. per obedire
Ausculto, auscultas, auscultaui, auscultatum per obedire
Recipio, recipis, recepi, receptum. per promettere
Benedico, benedicis, benedixi, benedictum per benedire
Timeo, times, timui, ca. sup. per temere, che non accada qualche male.
Impero, imperas, imperaui, imperatum. per comandare
Inuideo, inuides, inuidi, inuisum. per hauere inuidia.
Metuo, metuis, metui, ca. sup. per temere che non accada qualche male.
Interdico, interdicis, interdixi, ctũ. per interdire & uetare.
Iubeo, iubes, iussi, iussum. per comandare

QVot ex his uerbis sunt uere actiua? tria, Inuideo, Iubeo, Interdico, nam eorum passiua sunt in usu ut multi inuident mihi. Ego inuideor à multis. Iussi Antonio. Antonius iussus est à me. Interdico tibi aqua & igni, Tu interdiceris a me aqua & igni, uel aqua & ignis interdicitur à me tibi.

Dicimus etiam inuideo tibi doctrinam. Pater mihi hoc iussit, Sed tunc sunt actiua acquisitiua. Cætera uero sunt magis neutra acquisitiua, ut ego timeo uitæ Pamphili, per passiuum non licet in hac significatione.

Quo dices? Io ho paura de ti? Ego metuo, siue timeo te.
Quo dices? Io ho paura, che non te accada qualche male.
Ego timeo, siue metuo tibi.
Quomodo dices? io me temo de ti. Ego timeo de te, ut Cicero ad Trebatium. Mehercule de te timueram.
Quomodo dices? io me temo da li inimici. Ego metuo, siue timeo ab hostibus. Terentius. Hei, metui à Chrysíde.
Dicimus etiã, Priamus timebam mortẽ Hectori ab hostibus.

De octaua specie actiuorum.

QVæ sunt uerba actiua octauæ speciei? quæ construuntur à fronte cum nominatiuo agente, à tergo uero cum infinito, aut cum obliquo, aut sine. ut Ego credo esse bonus, & Ego credo me esse bonum.

Dic aliquot actiua octauæ speciei.

Spero, Despero, cupio, scio, nescio, duco.
Autumat, atq; putat, credit, desiderat, optat.
Hæc infinitum cum obliquo, aut absque requirunt.

Spero, speras, speraui, speratum.	per sperare
Despero, desperas, desperaui, desperatum.	per desperare
Cupio, cupis, cupiui, cupitum.	per desiderare
Scio, scis, sciui, scitum.	per sapere
Nescio, nescis, nesciui, nescitum.	per non sapere
Duco, ducis, duxi, ductum.	per estimare
Autumo, autumas, autumaui, autumatum.	idem significat
Puto, putas, putaui, putatum.	per pensare
Credo, credis, credidi, creditum.	per credere
Desidero, desideras, desideraui, desideratum.	per desiderare
Opto, optas, optaui, optatum.	idem significat

Quid notandũ est in his uerbis? quod si sermo est reciprocus hoc est, si eadẽ persona et agit, et patitur, tunc possumus

uti pro arbitrio nostro & recto, & obliquo, ut Ego credo esse bonus, Et ego credo me esse bonum.

Sed si fit transitio ab una persona ad aliam, tunc necesse est uti obliquo. Vt ego credo te esse doctum.

De constructione uerborum passiuorum.

QVid est uerbum passiuum? quod in or, desinens formatur ab actiuo additione, r, literæ, ut amor ab amo: doceor, a doceo. Præterfacio, & composita à facio retinentia, a, in præsenti, quorum passiua desinit in, o, ut facio, fio, calefacio, calefio.

Quot sunt species uerborum passiuorum? octo, sicut etiam actiuorum.

OMnia uerba passiua quo construuntur? à fronte cum nominatiuo patiente, a tergo uero cum ablatiuo agente cum præpositione a, uel ab, uel simili, uel interdum cum datiuo loco ablatiui, ut Tu amaris à me, uel Tu amaris mihi, pro à me, à parte uero ulteriore exigunt casus suorum actiuorum, ut Tu doceris a me Grammaticam.

Dic aliquod uerba passiua.

Verberor, & uendor, doceor, decor, spoliorq;.

Audior, & iubeor, necnon credor, uideorq;.

Verberor	uerberaris uerberatus sum	per esser batttuto
Vendor	uenderis uenditus sum	per esser uenduto
Donor	donaris donatus sum	per esser donato
Doceor	doceris doctus sum	per esser insegnato
Spolior	spoliaris spoliatus sum	per esser spoliato
Audior	audiris auditus sum	per esser aldito
Iubeor	iuberis iussus sum	per esser comandato
Credor	crederis creditus sum	per esser creduto
Videor	uideris uisus sum.	per esser ueduto

VErba desinentia in or, unde,& qūo formant sua præterita? ex participio, formato à supino, & sum,es est ut amatus sum, uel fui. scriptus sum,uel fui. Vnde illa uerba,quæ carēt supino,carent etiam participio,& eorum passiua carent ptō perfecto, unde non licet dicere, discitus sum, uel fui. Timitus sum,uel fui. De uerbis uocatiuis.

QVæ sunt uerba, quæ dicuntur uocatiua? quæ & à fronte & a tergo cum nominatiuo construuntur. ut Ego uocor Antonius. Cicero existimatur orator eloquentissimus. Et quandoq; cum ablatiuo cum præpositione à, uel ab, ut Ego uocatus sum Theophilus à parentibus meis.

Dic aliquod uerba uocatiua.

Nuncupor,appellor,iungis,dicorq;,uocorq;
Nominor,ac habeor,sic censeor,atque uidetur.

Nuncupro	nūcuparis nūcupatus sū.	per esser chiamato
Appellor	appellaris appellatus sū.	per esser chiamato
Dicor	diceris dictus sum,	per esser ditto
Vocor	uocaris uocatus sum.	per esser chiamato
Nominor	nominaris nominatus sū.	per esser nominato
Habeor	haberis habitus sum.	per essere existimato
Censeo	censeris census sum,	idem sig.
Videor	uideris uisus sum.	per apparere
Extimor	timaris extimatus sū.	per esser existimato

De neutris.

QVid est uerbum neutrum? quod in o,desinit, & passiuum in or, propriæ habere non potest, Præter sum cum suis compositis. Et Obi,Noui,Cœpe,& Memini quæ abusiue neutra defectiua dicuntur.

Quot sunt species uerborum neutrorum? septem. Copulatiua, Possessiua, Acquisitiua, Transitiua, Effectiua, Passiua, & Absoluta.

De prima ſpecie uerborum neutrorum.

QVæ ſunt neutra primæ ſpeciei, quæ dicuntur copulatiua quæ, & à fronte, & à tergo nominatiuum poſtulant, ut. Ego ſum indoctus. Tu euaſiſti uir magnus.

Dic aliquod neutra primæ ſpeciei.

Sum, Fio, Incedo, Euadoq;, & Viuo, Voloq;.

Dormio, & Exiſto, ſic Appareo, & Ambulo, Vado.

Sum, es, fui, ca. ſu.	per eſſer (tare
Fio, fis, factus	per eſſer fatto, & diuẽ=
Incedo, incedis, inceſſi, inceſſum	per andar da graue
Euado, euadis, euaſi euaſum	per diuentare
Viuo, uiuis, uixi, uictum	per uiuere
Volo, uolas, uolaui, uolatum	per uolare
Dormio, dormis, dormiui, dormitum,	per dormire
Exiſto, exiſtis, extiti, extitum uel extatum	per eſſer
Appareo, appares, apparui ca. ſup.	per apparere
Ambulo, ambulas, ambulaui ambulatum	per paſſeggiare
Vado, uadis, uaſi uaſum	per andare

Quid ſeruandũ eſt circa conſtructionem, huius uerbi ſum es eſt? quando ſignificat demonſtrationem, uel inhærentiam accidentis ad ſubiectũ, tunc utrinq; exigit nominatiuũ, ut Ego ſum tuus amicus. Coruus eſt niger. Cygnus eſt albus

Quandoq; poſſeſſiuæ ponitur, & tunc exigit poſt ſe genitiuum ut Hoc pecus eſt Melibœi.

Quandoq; conſtruitur cum datiuo, & ſignificat habere. ut Fater eſt mihi ſunt nobis mitia poma.

Quandoq; inuenitur cum duobus datiuis, & ſignificat dare. ut Virtus eſt ornamento homini. i. Virtus præbet ornamentum homini.

Dicimus etiam. Hæc res eſt mihi cordi. i. mihi placet.

Quandoq; ponitur cũ ablatiuo ſine præpoſitione ut hic puer

est bona indole.

Quandoq; cum præpositione, ut sum in Templo, sub tecto.

Quandoq; absolute ponitur. i. sine casu posteriore, ut Deus est. Troia fuit, Athenæ fuerunt.

Composita, à sum, ut adsum, absum, desum, prosum, obsum, insum, præsum, subsum, supersum. post se, quem casum postulant? datiuũ, ut Virtus prodest omnibus. Interfui tuæ orationi. Nam omnia ferè sunt neutra acquisitiua. Possum uero iungitur infinito, ut Non possum hoc facere.

De secunda specie neutrorum.

QVæ sunt neutra secundæ speciei, quæ dicuntur possessiua? quæ à fronte nominatiuum patientem, à tergo uero ablatiuum agentem postulant, ut Ego careo pecunia. Tu indiges amicorum, uel amicis.

Dic aliquod neutra secundæ speciei.

Deficit: indigeo, careo, nemini, satagoq;.

Affluit, atq; egeo, uacat, atq; exubero, abundo.

Quæ ex his possunt esse: & secundæ & tertiæ speciei.

Affluo, deficio, necnon his adijce, abundo. (crasso.

Nam dicimus, Crassus, abundat diuitijs, Et diuitiæ abundant

Deficio, deficis, defici, defectum, per mancare

Indigeo, indiges, indigui, ca. sup. per hauere de bisogno

Careo, cares, carui, caritum, & cassum per mancare

Memini, defectiuum per recordarse & far mentione

Satago, gis, gi, ctum. per esser diligente & hauer da far

Affluo, affluis, affluxi, affluxum. per abundar

Egeo, eges, egui, ca. sup. per hauer bisogno

Vaco, uacas, uacaui, uacatum. per mancare

Exubeo, exuberas, exuberaui, exuberatum. per abundare

Abundo, abundas, abundaui, abundatum. per abundare

Quid præterea seruandũ est circa constructionẽ horum uer-

borum? quod careo & abundo iunguntur ablatiuo ex frequenti usu. Egeo & indigeo genitiuo & ablatiuo.

Memini uero iunguntur genitiuo, & accusatiuo. Et quandoque infinitiuo, ut Memini legere. Quando significat mentionem facere genitiuo & ablatiuo cum de, ut Ouidius meminit huius fabulæ, uel de hac fabula.

Satago gtõ tantum iungitur. ut, Hic, satagit rerum suarum.

Deficio potest etiam esse actiuum, sed tunc significat. derelinquere, ut Omnes amici, defecerunt me, id est, derelinquerunt. Dicimus etiam Campani defecerunt à Romanis ad Anibalem, id, est, rebellauerunt.

De tertia specie neutrorum.

QVæ sunt neutra tertiæ speciei, quæ dicuntur acquisitiua? quæ à fronte nominatiuum agentem, à tergo uero datiuum patientem postulant. ut, Boni discipuli libenter obediunt optimis admonitionibus suorum præceptorum.

Dic aliquot neutra tertiæ speciei.

Seruit, obest. noceo, placet, atq; incumbo, licetq;
Officio caueo, studeoq;, & consulit, hæret
Obuio, & occuro, atq; obtempero, obedio, paret.
Et faueo, & lateo, atq;, ignosco, indulgeo parco.
Intersum soluo, desumq;, & debeo, cedo.
Assentit. Species cum casum hæc tertia dandi est.

Seruio	seruis seruiui seruitum.	per seruire
Obsum	obes obsui ca. sup.	per nocere
Noceo	noces nocui nocuitum.	per nocere
Placeo	places placui placitum	per piacere
Incumbo	incumbis incubui incubitum.	per dar opera
Liceo	lices licui licitum.	per esser lecito
Officio	officis offeci offectum.	per nocere
Caueo	caues caui cautum.	per guardarse

Studeo

Studeo studes studui ca. sup. per studiare
Consulo consulis consului consultum per dar consiglio
Hæreo hæres hæsi hæsum. per accostarse
Obuio obuias obuiaui obuiatum: per incontrarse
Occurro occurris occurri occursum per incontrarse
Obtempero obtemperas aui atum. per obedire
Obedio obedis obediui obeditum. per obedire
Parco pares parui ca. sup. idem significat
Faueo faues faui fautum per fauorezare
Lateo lates latui latitum per star ascoso
Ignosco ignoscis ignoui ignotum per donare
Indulgeo, indulges, indulsi, indultum. per compiacere à lo appetito.
Farco, parcis, peperci, uel parsi, parsum. per donare
Intersum, interes, interfui ca. sup. per esser presente
Soluo, soluis, solui, solutum per pagare
Desum, dees, defui, ca. sup. per mancare
Debeo, debes, debui, debitum per esser obligato
Cedo, cedis, cessi, cessum per dar loco
Assentio, assentis, assensi, assensum per consentire
Vaco, uacas, uacui, uacatum. per dar opera, & attendere.
Vaco quot significationes habet? quinque, nam quandoque significat carere, & tunc est secundæ speciei, ut Hic uacat omni culpa. Quandoque significat operam date, & tunc est huius tertiæ specici, ut, Discipuli ingenioſi uacant arti Rhetoricæ. Quandoque significat, cessare, & tunc est septimæ speciei, ut uir bonus nunquam uacat ab officio suo Quandoque cum infinito, significat ocium habere, ut, Vergilius.
Si uacet annales nostrorum audire laborum.
Quandoque superfluum esse, ut Decem carmina uacant.

Hoc est superflua sunt.

Aduerte quòd dicimus. Soluo mercedem tibi. Debeo pecuniam tibi. per tertiam actiuorum.

De quarta specie neutrorum.

QVæ sunt uerba neutra quartæ speciei, quæ dicuntur transitiua? quæ a fronte nominatiuum agentem, a tergo uero accusatiuum patientem postulant, ut, Rustici arant terram. & habent passiuum in tertijs personis in utroque numero, ut Terra aratur. & terræ arantur.

Quare non licet dicere ego aror, & tu, araris? nos aramur, & uos aramini? quia hæc uerba naturaliter non possunt habere accusatiuum significantem hominem. & quia non possumus dicere, Ego aro te, Ita non licet dicere, Tu araris a me. & sic de cæteris.

Dic aliquot neutra quartæ speciei.

Semino, tundo, & aro, colit. & sero, consero, planto.
Ventuloq;, & pulso, pinso, & tritu ro, pitisso,
Condio, uello, meto, texo, suo, dissuo, filo.
Sarcio, meio, puto, uanno, uolo, digero, poto.
Prandet, edit, comedit, sorbet, coquo, concoquo cerno.
Excerno, sitio, sapio, neo. spumo, merendo.
Decoquit, atq; bibo euadoq;, moloq;, uotoq;.
His hominem quartum nunquam coniunge notantem.
Semino seminas seminaui seminatum. per seminare
Tundo tundis tutundi tonsum, & tusum. per pistare
Cotũdo tũdis cotudi cotosum, et cotosum. per pestare insieme
Aro aras araui aratum per arare
Colo colis colui cultum. per cultiuare
Sero, seris seui satum. per seminare
Consero conseris consitum. per seminare & plantare
Planto plantas plantaui plantatum. per plantare

Ventilo uentilas uentilaui uentilatum. per uentilare
Pulso pulsas pulsaui pulsatum : per battere & sonare
Pinso pinsis pinsui pistum per pistare & masenare.
Tritvro turas tiraui trituratum. per battere il grano
Pitisso tissus tissaui tissatum. per gustar, tentandi gratia
Condio condis condiui conditum. per far saporito
Vello uellis uelli siue uulsi uulsum. per destrepare
Meto tis, sui, sum per mietere, cioè tagliar il formento
Texo texis texui textum. per tessere
Suo suis sui sutum. per cosire
Dissuo dissuis dissui dissutum. per discosire
Filo filas filaui filatum. per filare
Sarcio sarcis sarsi sarctum. per cosire & repezar
Meio meis sine præterito & supino. per orinare
Puto putas putaui putatum. per podar le arbore
Vanno uannas uannaui uannatum. per criuelare
Volo uis uolui ca. sup. per uolere
Digero digeris digressi digestum per padire
Poto potas potaui potatum & potum per beuere
Prandeo pranxes, prandi, & pransus sum. per disnare
Sorbeo sorbes, psi, & sorbui sorptũ & sorbitum. per sorbire
Coquo coquis coxi coctum. per cosere
Concoquo, concoquis, concoxi, concoctum. per padire
Cœno cœnas cœnaui, & cenatus sum per cenare
Excerno cernis crui excretum. per andar del corpo
Sitio sitis sitiui sititum per hauer sede
Sapio sapis sapui sapitum, per sapere
Neo nes neui nesum. per filare
Spumo spumas spumaui spumatum. per far la spuma
Merendo, merendas merendaui, merendatum. per merendare
Decoquo, coquis, coxi, decoctum. per consumare & salire

Bibo,bibis,bibi,bibitum	per beuere
Euado, euadis,euasi,euasum	per scapolare
Molo,molis,molui,molitum	per masenare
Voro,uoras,uoraui,uoratum	per deuorare

De uerbis huius speciei,quæ solum inueniuntur in tertijs personis singularibus.

QVæ sunt uerba huius speciei, quæ possunt dici aeri.i? Sũt ea, in quibus non ponitur nominatiuus expressus, sed subauditur Deus author omnium rerum. Propterea non inueniuntur,nisi in tertijs personis singularibus, post se uero exigunt accusatiuum patientem , ut Pluit magnos imbres , & uinxit magnam niuem. Apud authores tamẽ inueniuntur cum ablatiuo , ut apud Liuium. Constat pluisse lapidibus , & carnibus. Et apud poetas cum nominatiuo plurali. ut Glandes & Saxa pluunt. Sed frequentius ponuntur absolute, hoc est sine ullo casu.ut pluit,ningit,tonat.

Dic uerba aeris.

Grandinat,atque pluit,ningit,tonat,atque coruscat.
Fulgurat,adiungas,& fulminat,atque serenat.
Lucescit,noctescit,uesperascit,sicq; diescit.
Hoc est,& fit lux,& uespera,noxq;,diesq;.

Grandinat,grandinabat,nauit,natum.	per tempestare
Pluit,pluebat,pluit,plutum	per piouere
Tonat,tonabat,tonuit,tonitum	per tonizare
Fulgurat,fulgurabat,rauit,ratum.	per lampezare

Fulminat,fulminabat,nauit,fulminatum per trazer la saeta del cielo.

Serenat,serenabat,nauit,natum.	per far sereno
Lucescit,lucescebat,luxit ca.sup.	per farsi giorno
Illucescit, illucescebat,illuxit ca.sup.	idem significat.
Noctescit, noctescebat,sine præterito,& sup.	per farsi notte

Adueſperaſcit adueſperaſcebat ca. præterito, & ſupino. per farſi ſera.
Dieſcit dieſcebat ſine præterito, & ſup. per farſi giorno
Diluculat, diluculabat, diluculauit, diluculatum. idem ſig.

De quinta ſpecie uerborum neutrorum.

QVæ ſunt neutra quintæ ſpeciei, quæ dicuntur effectiuæ quæ à fronte nominatiuum patientem, à tergo uero ablatiuũ agentem ſine præpoſitione, uel accuſatiuum cum ob, uel propter poſtulant, ut Pauci gaudẽt uirtute. uel ob uirtutem, uel propter uirtutem. Sed frequentius, & elegantius inueniuntur ſolum cum ablatiuo.

Dic aliquot neutra quintæ ſpeciei.

Gaudeo, cum caleo, rubeo, nigretq;, uiretq;,
Et tepet, & friget, ſtupet, & cum turgeo, floret.
Albeoq;, & liqueo, cum mœreo, ſplendeo pollet,
Aegrotat, pallet, madeo, tumeo, doleoq;.
Ardeo, cum macreo, ſic pinguet, & horret, & aret.

Gaudeo gaudes gauiſus ſum	per allegrarſe
Caleo cales calui, ca. ſup.	per ſcaldarſe
Rubeo rubes rubui, ca. ſup.	per roßizare
Nigreo nigres nigrui, ca. ſup.	per negrirſe
Vireo uires uirui, ca. ſup.	per inuerdirſe
Tepeo tepes tepui, ca. ſup.	per eſſer tepido
Frigeo friges frigui, ca. ſup.	per hauer freddo
Stupeo ſtupes ſtupui, ca. ſup.	per ſtupirſe
Turgo turges turſi. ca. ſup.	per ſgonfiarſi
Floreo flores florui, ca. ſup.	per fiorire
Albeo albes albui, ca. ſup.	per bianchezare
Liqueo liques licui, ca. ſup.	per eſſer manifeſto
Mœreo mœres ſine ptõ, & ſup.	per triſtarſe
Splendeo ſplendes ſplendui, ca. ſup.	per ſplendere.

Polleo polles pollui,ca.sup. per hauer potesta
Aegroto ægrotas ægrotaui ægrotatũ.per amalarse
Palleo palles pallui,ca.sup. per impallidirse
Madeo mades madui,ca.sup. per bagnarse
Tumeo tumes tumui,ca.sup. per sgonfiarse
Doleo doles dolui dolitum per dolerse
Ardeo ardes arsi arsum per brusarse
Macreo macres macrui, ca. sup. per smagrirse
Pingeo pinges pingui,ca. sup. per ingrassarse
Horreo horres harrui,ca. sup. per hauer tremore
Areo ares arui,ca. sup. per secarse

De sexta specie neutrorum.

QVæ sunt uerba sextæ speciei,quæ dicuntur neutra passiua?quæ à frõte nominatiuũ patientẽ, à tergo uero ablatiuum agentẽ,cum præpositione a, uel ab postulant ut Homo factus est à Deo Discipulus uapulat a magistro.

Dic aliquot uerba sextæ speciei.

Vapula & uenit, fio, licet,exulo, nubo.
Vapulo uapulas pulaui uapulatum per esser battuto
Veneo uenis ueniui uenum per esser uenduto
Fio fis factus sum per esser fatto
Liceo lices licui licitum per eser apreciato
Exulo exulas exulaui exulatum per esser bandezato
Nubo nubis nupsi,uel nupta sum nuptũ per esser maridata
Quid seruandum est in his uerbis?uapulo, & ueneo, & fio inueniri apud authores cum ablatiuo cum præpositione a,uel ab.
Cætera uero nõ ponuntur cum abltõ agẽte. Sed solũ dicimus Virtus licet ubiq; magno pretio. Exulo est neutrum absolutum.ut Ouidius in Epistola Deianiræ ad Herculem.
Exulat ignotis Tydeus germanus in oris.

Nubo uero eſt magis neutrum acquiſitiuum, & de mulieribus ſemper dicitur, ut idem Ouidius. Si qua uoles apte nupere, nube pari.

Quomodo dices, mio fradello ſe è maritato? Meus frater duxit uxorem.

Cũo dices, mio padre ha maridato mia ſorella in uno Giouine da bene? Meus pater locauit meam ſororẽ iuueni probo.

Exulo cuius figuræ? compoſitæ, quia ex tribus dictionibus componitur, ab hac præpoſitione ex, & ſolum, et eo quaſi extra ſolum eo.

De uerbis neutro paſſiuis.

QVæ ſunt, uerba quæ dicuntur neutro paſſiua quæ in præteritis perfectis, & ab his deductis declinantur ſicut paſſiua. Dic uerba neutro paſſiua.

Fio, ſolet, & gaudet, confido, atq; audeo, fido.

Fio fis factus ſum	per eſſer fatto.
Soleo ſoles ſolitus ſum.	per ſolere
Gaudeo gaudes gauiſus ſum	per allegrarſe
Confido confidis confiſus ſum	per confidarſe
Audeo audes auſus ſum.	per hauer ardimento
Fido fidis fiſus ſum	per fidarſe

Quomodo dices. Io mi mi fido di fatti tuoi? Ego fido tibi uel te in ablatiuo, Fido in te. Fido de te.

Queſtui ha ardimento una grande ribaldaria? Hic audet magnum ſcelus. Et interdum cum infinito. ut Audens hoc dicere?

Soleo etiam infinito ſemper iungitur. ut Soleo legere.

De ſeptima ſpecie neutrorum.

QVæ ſunt neutra ſeptimæ ſpẽi quæ dicũtur abſoluta? quæ nominatiuum agentem poſtulant, & poſt ſe non regunt caſum ſine præpoſitione, ut Eo ad aeram Diui Mar-

ci. Venio à delubro Virginis. Nisi iungantur nominibus aduerbialiter positis, ut Eo Rhomam. Venio Rhoma.

Dic aliquot neutra septimæ specici.

It, meat, incedit, tendit, petit, ambulo, pergo.
Transeoq;, & curro, discedo, accedo, remigro.
Sto, iaceo, sedeo, surgo, ruo, salto, quiesco.
Dormioq;, & uigilo, uiuo, labo, ludit, hioq;.
Intereo, accumbo, sudo, pereoq;, cadoq;.
Et ualeo, atq; oleo, nato, no, sonat, occido, consto.

Eo is iui itum
Meo meas meaui meatum.
Incedo incedis inceßi inceßum
Tendo tendis tetendi tetensum uel tentum.
Peto petis petiui petitum.
Ambulo ambulas ambulaui ambulatum.
Pergo pergis perrexi perrectum. per andare
Transeo transis transiui transitum. per passare
Curro curris cucurri cursum. per correre
Discedo discedis discesßi discessum. per partirse
Accedo accedis acceßi acceßum. per approßimarse
Remigro, remigras, remigraui, tum. per ritornar a habitar
Migro migras migraui tum. per andar ad habitare
Sto stas steti statum. per stare in piedi
Iaceo iaces iacui, ca. sup. per giacere
Sedeo sedes sedi sessum. per sedere
Surgo surgis surrexi surrectum. per leuarse suso.
Ruo ruis rui rutum. per ruinare
Salto saltas saltaui saltatum. per saltare
Quiesco quiescis quieui quietum. per riposare
Dormio dormis dormiui dormitum. per dormire
Dormito, dormitas, dormitaui, tum. per dormire profonda-

mente.

Vigilo uigilas uigilaui uigilatum. per uigilare
Viuo uiuis uixi uictum. per uiuere
Labo labas labaui labatum. per uacillare
Ludo ludis lusi lusum. per giocare
Hio hias hiaui hiatum. per sbadachiare
Intereo interis interiui interitum per morire
Accumbo,accumbis,accubui,bitum. per sedere à manzare
Sudo sudas sudaui sudatum. per sudare
Pereo peris periui peritum. per morire
Cado cadis cecidi casum, per cascare
Valeo uales ualui ualitum. per star sano
Oleo oles oleui olitum,uel oletum. per sauer da buon si additur bene,& per puzzare,si additur male.
Nato natas nataui natatum. per natare
No nas naui natum. idem sig.
Sono sonas sonui sonitum. per sonare
Occido occidis occidi occasum. per morire
Cõsto,cõstas,cõstiti,tũ,uel cõstatũ. per esser manifesto.

De uerbis communibus.

Q Vid est uerbum commune? quod in or desinit, & utranq; retinet significationem actiuam.s.& passiuam.

Qũo construuntur uerba cõia,actiua,significatione? à fronte cum nominatiuo agẽte,à tergo uero cum actõ patiente,sicut uerba actiua ut,Ego criminor te,sicut. Ego accuso te. tu largiris mihi libros. sicut,Tu donas mihi libros.

Qũo construuntur uerba cõia in significatione passiua? à frõte cũ ntõ patiente, à tergo uero cum abltõ agente cũ præpositione a, uel ab , uel simili , sicut uerba passiua,ut, ego criminor abs te. Sicut Ego accusor abs te . Libri largiuntur à me tibi. Sicut,Libri donantur à me tibi.

Largior,experior,ucneror,moror,oſculor,hortor.
Criminor,amplectorq;,interpretor,hoſpitor,adde.
Largior,largiris,largitus ſum.per donar,& eſſer donato
Experior,experiris,pertus ſum. p prouare & eſſer prouato
Veneror,uenieraris,tus,ſum, per honorar & eſſer honorato
Moror,moraris,ratus, ſum,per retardar,& eſſer retardato
Oſculor,oſcularis,oſculatus,ſum.per baſar,& eſſer baſato.
Hortor,hortaris,hortatum ſum.per confortar,& eſſer confortato a far qualche coſa.
Criminor,naris,natus ſum. per accuſar,& eſſer accuſato
Amplector,amplecteris,amplexus ſum.per abracciar,& eſſer abracciato.
Amplexor,amplexaris , amplexatus ſum. per abracciare & eſſer abracciato frequentamente.
Interpretor,interpretaris,interpretatus ſum. per eſponere, & eſſer eſposto.
Hoſpitor,hoſpitaris hoſpitatus ſum. per albergare , & eſſer albergato.

De uerbis deponentibus.

QVid eſt uerbum deponens? quod in or deſinit, & deponit alteram ſignificationem.i.uel actiuam uel paßiuam.
Nam ſequor retinet actiuam,lætor uero paßiuam.
Quot ſunt ſpecies uerborum deponentium? ſeptem.Copulatiua,poſſeßiua,acquiſitia,tranſitiua , effectiua, ſæparatiua & abſoluta.

De prima ſpecie deponentium.

QVæ ſunt deponentia primæ ſpeciei , quæ dicuntur copulatiua? quæ à fronte,& à tergo cũ nominatiuo conſtruuntur.ut,Antiqui luctabantur nudi.

Dic aliquot deponentia primæ ſpeciei.

Prælior,& luctor, proficiſcor, degladiorq;.
Et iocor & gradior, ratiocinor, atq; reuertor.
Prælior prælíaris prælíatus ſum. per combattere
Luctor luctaris luctatus ſum. per zugar à le bracie
Proficiſcor proficiſceris profectus ſum. per andare
Digladior digladiaris digladiatus ſum. per combattere
Iocor iocaris iocatus ſum. per trepare
Gradior gradeieris greſſus ſum. per andare.
Ratiocinor tiocinaris, tiocinatus, ſum. per far cõto e ragione
Reuertor reuerteris reuerſus ſum. per ritornare.

De ſecunda ſpeciei deponentium.

QVæ ſunt deponentia ſecundæ ſpeciei, quæ dicuntur poſſeſſiua? quæ à frõte cum nominatiuo agente, à tergo uero cum ablatiuo patiente conſtruuntur. ut, Vtere uirtute.

Dic aliquot deponentia ſecundæ ſpeciei.

Fungorq;, & potior, ueſcor, fruor, utor, abutor.
Adde obliuiſcor, miſereretur, ac reminiſcor.
Defungor iungas prædictis, atq; recordor.
Fungor geris functus ſum. per uſar officio & dignità
Potior, potiris, uel poteris, titus ſum. per ottener & uſar coſa deſiderata.
Veſcor ueſceris ca. præterito & ſup. per uſar cibi
Fruor frueris fruitus, uel fructus ſum. per uſar compiacere
Vtor uteris uſus ſum. per uſare.
Abutor abuteris abuſus ſum: per mal uſare
Obliuiſcor obliuiſceris oblitus ſum. per dimenticarſi
Miſereor miſereris miſertus ſum. per hauer miſericordia
Reminiſcor reminiſceris. ca. præterito & ſup. per recordarſe
Defungor defungeris defunctus, ſum per uſare in tutto.
Recordor recordaris recordatus ſum. per recordarſe.

Quid aduertendum est in his uerbis, quot utor, & cætera eiusdem significationis construuntur solum cum ablatiuo ut fungere officio tuo.

Potior cum genitiuo, accusatiuo, & ablatiuo, ut Potius sum uoti, uotum, & uoto meo.

Recordor, reminiscor, & obliuiscor cũ gtõ et accusatiuo. ut, semper recordabor huius beneficij, uel hoc beneficium.

Misereor uero cũ genitiuo tantũ, ut Danui miserere senecte.

De tertia specie deponentium.

QVæ sunt deponentia tertiæ speciei, quæ dicuntur acquisitiua? quæ à fronte cum nominatiuo agente, à tergo uero cum datiuo patiente construuntur ut, Ego suffragor tibi, Tu uero ingratus refragaris mihi.

Dic aliquot deponentia tertiæ speciei.

Suffragor, diminiorq;, & fœneror atq; refragor.

Blandior, & medeor, necnon assentor, adulor.

Gratulor, irascor, famulor, minitorq;, minorq;.

Obsequor, auxiliorq; aduersor, polliceorq;.

Infidior, fateor, lungas his confiteorq;, (fauore

Suffragor suffragaris suffragatus sum. per dar la balota in

Dominor dominaris dominatus sum per signorizare

Fœnor fœneraris fœneratus sum. per dare ad usura

Refragor refragaris refragatus sum p dar la balota cõtra

Blandior blandiris blanditus sum per acarezare

Medeor mederis, ca. ptõ & sup per medicare

Medicor medicaris medicatus sum. per medicare

Assentor assenteris assentatus sum. per andare a uerso.

Adulor adularis adulatus sum. idem sig.

Gratulor, tularis, tulatus sum. per alegrarse del bẽ d' altri

Irascor irasceris iratus sum. per adirarse

Famulor famularis famulatus sum. per seruire

Minitor,minitaris,tatus ſum. per menazare grandemente.
Minor,minaris,minatus ſum per menazare
Obſequor,obſequeris,obſecutus,ſum. per compiacere
Auxilior,auxiliaris,auxiliatus,ſum. per aiutare
Aduerſor,aduerſaris,uerſatus,ſum. per eſſer contrario
Polliceor,polliceris,tus,ſum. per prometter ſpontaneamẽte
Inſidior,inſidiaris,inſidiatus.ſum. per fare inſidie
Fateor,fateris,faſſus,ſum. per confeſſare
Confiteor,confiteris,confeſſus,ſum. idem ſignificat

Quid aduertẽdũ eſt in his uerbis? quòd fateor & cõfiteor proprie dicuntur de his,qui oꝛe ſuo, ſua dicunt crimina,quæ poſſunt habere actũm,et datiuum ut,Ver. Cuncta equidem tibi rex(fuerint quæcunq;)fatebor uera. Purgare uero & expiare proprium eſt ſacerdotum,qui audiunt crimina.

Dominor præter datiuum poteſt habere ablatiuum cum in ut,Saluſtius,Fortuna in omni re dominatur.

Minor & minitor poſſunt habere accuſatiuum,ut turris minatur ruinam. Deus minatur interitum peccatoribus.

Moderor etiam huius ſpeciei poteſt habere accuſatiuum. ut, Præceptor moderatur diſcipulis & diſcipulos.

Gratulor præter datiuum habet etiam ablatiuũ cum de. ut,Gratulor tibi de iſto magiſtratu.

De quartæ ſpecie deponentium.

QVæ ſunt deponentia quartæ ſpeciei,quæ dicuntur tranſitiua? quæ à fronte cum ntõ agente, à tergo uero cum actõ patiente conſtruuntur ut,Boni filij ſequuntur uirtutem.

Dic aliquot deponentia quartæ ſpeciei.

Arbitror,ulciſcor,fateor,ſequor,aggrediorq;.
Solor,conſolor,prædor,percontor,opinor.
Deprecor,& populor,liceor,meditor,miſerorq;.
Motior,& metor,digniorq;,præcorq;,loquorq;.

Acupor, & uenor, furor, reor, atq; recordor.
Alloquor, aſpernor, ſcrutor, nanciſcitur atque.
Præſtolor, opperior, lucrorq; & ſciſcitor adde.
Adiungas imitor, ſector, pronoſticor iſtis.

Arbitror arbitraris arbitratus ſum.	per giudicare
Vlciſcor ulciſceris ultus ſum	per far uendetta
Fateor fateris faſſus ſum.	per confeſſare
Sequor ſequeris ſecutus ſum.	per ſeguitare
Aggredior, aggrederis, aggreßus, ſum.	per aſſaltare
Solor ſolaris ſolatus ſum	per conſolare
Conſolor conſolaris conſolatus ſum	per conſolare
Prædor prædaris prædatus ſum	per robare
Percontor percontaris percontatus ſum.	per dimandare
Opinor opinaris opinatus ſum.	per hauer opinione
Deprecor deprecaris deprecatus ſum	p remouere precando
Populor popularis populatus ſum.	per ſachezare
Licco liceris licitus ſum.	per uẽdere a l'incanto
Meditor meditaris meditatus ſum.	p pẽſare et exercitare
Miſeror miſeraris miſeratus ſum.	per hauer cõpaßione
Metior metiris menſus ſum.	per meſurare
Metor metaris metatus ſum.	per locar per ordine
Dignor dignaris dignatus ſum.	per far degno
Precor precaris precatus ſum	per pregare
Loquor loqueris locutus ſum.	per parlare
Aucupor acuparis aucupatus ſum.	per pigliare uccelli
Venor uenaris uenatus ſum.	p pigliare ſaluatiçine
Furor furaris furatus ſum.	per robare
Reor reris ratus ſum.	per exiſtimare
Recordor recordaris recordatus ſum.	per recordarſe
Alloquor alloqueris allocutus ſum.	per parlare ad altri
Aſpernor aſpernaris aſpernatus ſum.	per deſpreciare

Scrutor ſcrutaris ſcrutatus ſum. per cercar con diligentia
Nanciſcor nanciſceris nactus ſum, per trouar per uentura
Præſtolor præſtolaris præſtolatus ſum. per aſpettare
Lucror lucraris lucratus ſum. per guadagnare
Sciſcitor ſciſcitaris ſciſcitatus ſum. per cercar da ſauer
Imitor imitaris imitatus ſum. per far come fanno altri
Sector ſectaris ſectatus ſum. per ſeguitar frequentemente
Pronoſticor pronoſticaris pronoſticatus ſum per indouinare
Quæ differentia eſt inter precor, & deprecor? precari eſt orare, ut aliquid eueniat, deprecari utero, ne aliquid eueniat. ut Ouidius aperte expreßit in libro de triſtibus.

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum.

De quinta ſpecie deponentium.

QVæ ſunt deponentia quintæ ſpeciei quæ dicuntur effectiua? quæ a fronte cum nominatiuo patiente, a tergo uero cum ablatiuo agente ſine præpoſitione, uel cum accuſatiuo cum ob, uel propter conſtruuntur. ut, Lætor bonis literis, uel propter bonas literas.

Dic aliquot deponentia quintæ ſpeciei.

Lætorq;, & ſtomachor, triſtor, bacchorq;, quærorq;
Atq; uerecondor delector, glorior, atq;
Crapulor, indignor, moriorq;, iraſcor & huius
Expergiſcor erit ſpeciei, ſicq; ſoporor.

Lætor lætaris lætatus ſum. per allegrarſe
Stomachor, ſtomacharis, ſtomachatus ſum. per ſcorociarſe
Triſtor triſtaris triſtatus ſum. per triſtarſe
Bacchor baccharis bacchatus ſum. per infuriarſe
Queror quereris queſtus ſum. per lamentarſe.
Verecũdor, uerecũdaris, uerecundatus ſum per uergognarſe
Delector delectaris delectatus ſum. per delettarſe

Gglorior gloriaris gloriatus ſum. per gloriarſe
Crapulor,crapularis,crapulatus,sũ. per imbriagarſe de cibi
Indignor indignarſi indignatus ſum. per diſdignarſe
Morior moreris mortus ſum. per morire
Iraſcor iraſceris iratus ſum per adirarſe
Expergiſco,expergiſceris,experrectus ſum. per deſmeſiarſe
Soporor ſoporaris ſoporatus ſum. per dormenzarſe

De ſexta ſpecie deponentium.

QVæ ſunt deponentia ſextæ ſpeciei quæ dicuntur ſeparatiua? quæ à fronte cum nominatiuo patiente, à tergo uero cum ablatiuo agente cum præpoſitione a,uel ab,uel ſimili conſtruuntur ut,Horatius natus eſt à patre libertino.
Patior tamen & mutuor & fœneror poſſunt etiam habere accuſatiuum ut.Ciues patiuntur multa incõmoda à bellis.

Dic aliquot deponentia ſextæ ſpeciei.

Naſcitur,atq; oritur,patiorq;,adiunge renaſcor.
Mutuor adiungas prædictis fœneror atq;.
Naſcor naſceris natus ſum. per naſcere
Orior oreris & oriris ortus ſum idem ſignificat.
Exorior exoreris exortus ſum. per naſcere de ſubito
Aborior aboreris abortus ſum. per mal naſcere
Patior pateris paſſus ſum. per patire
Perpetior,perpeteris,perpeſſus ſum. per patire in tutto
Renaſcor renaſceris renatus ſum. per renaſcere
Mutuor mutuaris mutuatus ſum. per tor ad impreſtito
Fœneror fœneraris feneratus ſum. per tor ad uſura

De ſeptima ſpecie deponentium.

QVæ ſunt deponentia ſeptimæ ſpeciei,quæ dicuntur abſoluta? quæ à fronte cũ ntõ agente conſtruuntur, poſt ſe uero nõ regũt caſum ſine præpoſitione ut , Vlyſſes tandem reuerſus eſt in patriam. Quandoq; tamen abſolute ponitur

tur, ut locaris ne, anserio loqueris?

Dic aliquod deponentia septimæ speciei.

Laborq;, & gradior, uenor, piscorq;, locorq;.
Altercor, luctor, proficiscitur, atque cachinnor.
Prælior, & crassor, lachrymor, scortor simul adde,
Nugor, conuersor, spatiorq;, & rusticor inde.
Digredior, conor, ratiocinor, auguror adde.

Labor, laberis, lapsus sum per scorrere & cascare
Gradior, graderis, gressus sum per andare
Venor, uenaris, uenatus sum per andar alla caccia
Piscor, piscaris, piscatus sum per pescare
Expiscor, expiscaris, expiscatus sum per pigliar del pesce
Iocor, iocaris, iocatus sum per scrizare & trepare
Altercor, altercaris, altercatus sum per contender cõ parole
Luctor, luctaris, luctatus sum per giocar a le braza
Proficiscor, sceris, profectus sum per andar, & uenire
Cachinor, cachinaris, cachinatus sum per rider molto
Prælior, prœliaris, prœliatus sum per combattere
Crassor, crasseris, crassatus sum. per assaltare
Lachrymor, lachrymaris, matus sum, dicitur & lachrymo (per lachrymar
Scortor, taris, tatus sum per meritricare
Nugor, nugaris, nugatus sum per zanzare
Conuersor, conuersaris, conuersatus sum. per conuersare
Spatior, spatiaris, spatiatus sum. per andar a spasso
Rusticor, rusticaris, rusticatus sum per star in uilla
Digredior, digrederis digressus sum. per partirse
Conor, conaris, conatus sum per forciarse in uano
Raciocinor, ciocinaris, ciocinatus sum. per far cõto et rasone
Auguror, auguraris, auguratus sum. per indouinare

De constructione impersonalium.

Quid est uerbum impersonale? quod nec numeros distin-

ctos, nec personas habet.

Quot sunt genera uerborum impersonalium? duo, actiuæ uocis, & passiuæ. (placet.

Impersonalia actiuæ uocis, in quid desinunt? in t, ut, interest

Impersonalia passiuæ uocis, in quid desinunt? in tur, ut, amatur, curritur.

Impersonalia passiuæ uocis à quibus uerbis deducuntur? à uerbis desinentibus in, o, quæ nominatiuum agentem postulant, ideſt à uerbis actiuis, à neutris acquisitiuis, transitiuis, & absolutis.

Verba, quæ possunt esse impersonalia actiuæ uocis, possunt ne habere impersonalia passiuæ uocis? minime, quia, quæ possunt esse impersonalia actiuæ uocis, non habent in usu impersonale passiuæ uocis.

Impersonalia passiuæ uocis quomodo construuntur? cum ablatiuo agẽte cum præpositione, uel ab ut, à me studetur, ideſt, Ego studeo à te dormitur, ideſt, tu dormis: frequentius absolute ponuntur. ut, apud Vergi.

Itur in antiquam syluam,

Post se uero construuntur cũ casibus uerborũ suorum, si ueniũt, à neutris acquisitiuis et absolutis. ut, Ame seruitur tẽpori. Nunquam habent post se accusatiuum patientem.

Dic aliquot impersonalia passiuæ uocis.

Scribitur, & legitur, ferturq;, auditur, amatur,

Prandetur, bibitur, statur, seruitur, aratur.

Scribitur scribebatur scriptum eſt uel fuit. el se scriue

Legitur legebatur lectum eſt uel fuit. el se leze

Fertur ferebatur latum eſt uel fuit. el se porta

Auditur audiebatur auditum eſt uel fuit. el se alde

Amatur amabatur amatum eſt uel fuit. el se ama

Prandetur prandebatur pransum eſt uel fuit. el se diſna

Bibitur, bibebatur, bibitum est uel fuit. el se beue
Statur, stabatur, statum est uel fuit. el se sta
Seruitur, seruiebatur, seruitum est uel fuit. el se serue.
Aratur, arabatur, aratum est uel fuit. el se ara.

De impersonalibus actiuæ uocis.

Quot sunt species impersonalibus actiuæ uocis: sex.

De prima specie.

QVæ sunt impersonalia actiuæ uocis primæ speciei? quæ exigunt ante se ablatiuum agentem cum præpositione à, uel ab. Post se uero datiuum, ut à me bene fit pauperibus.

Dic impersonalia actiuæ uocis primæ speciei.

Sunt benefit, malefit, necnon adiunge satisfit.
Benefit, benefiebat, benefactum est uel fuit. el se fa bene
Malefit, malefiebat, malefactum est uel fuit. el se fa male
Satisfit, satisfiebat, satisfactum, est uel fuit. el se satisfa

Quare dicimus benefit, malefit, satisfit, solum in tertia persona? quia bene, male, satis habent uim nominatiui tertiæ personæ, ac si diceris, bonum fit, malum fit, satisfit & datiuus regitur potius à parte ulteriore.

De secunda specie impersonalium actiuæ uocis.

QVæ sunt impersonalia actiuæ uocis secundæ speciei? quæ exigunt ante se genitiuum, post se uero infinitum uel clausulam loco infiniti, ut præceptoris interest docere. Iuuentutis refert, ut bonis literis, & optimis moribus instituatur. Si uero non habent infinitum, sunt personalia & tunc exigunt nominatiuum, post se uero genitiuum, ut Studium literarum interest & diuitum, & pauperum.

Quæ excipiuntur, quæ nunquam ponuntur expresse in genitiuo? mei, tui, sui, nostri, & uestri, & interdum cuius, loco quorum dicimus, mea, tua, sua, nostra, uestra, & cuia.

Quare excipiũtur mei, tui, sui, nostri, & uestri? quia pas-

ſiue capiuntur, mis autem, tis, et ſis, et noſtrum, & ueſtrum apud antiquos actiuæ ponebantur. quæ non ſunt in uſu, ſed horum loco dixerunt mea, tua, ſua, noſtra, & ueſtra, quæ actiue ponuntur, & ſunt generis omnis. Nec intereſt componitur ex in & re, & eſt, ut quidam dixerunt. Sed ex inter, & ſum, componitur interſum, interes, intereſt.

Intereſt, et refert quem nominatiuum habent in frequenti uſu apud authores? nominatiuũ, generis neutri, quale eſt.

Hoc, illud, iſtud, et ſimilia, et illud cura, quod tua intereſt.

De imperſonalibus actiuæ uocis ſecundæ ſpeciei.

Intererat, refert, ſpeciei uerba ſecundæ.

Hæc infinitum uoluerunt & genitiuum.

Intereſt intererat interfuit.

Refert referebat retulit. per pertener & eſſer utile.

Inueniuntur ne alia uerba eiuſdem ſignificationis? maxime. quæ ſunt? pertinet, attinet, et ſpectat, ſed aliter cõſtruũtur, nam loco genitiui. & illorum pronominum mea, tua, ſua admittunt accuſatiuum cum ad, ut Ad me hoc pertinet. Ad te nõ ſpectat hoc dicere, quæ & ipſa ſi habent iufinitum ſunt imperſonalia ſi uero nominatiuum, perſonalia.

Pertinet pertinebat pertinuit.

Attinet attinebat attinuit.

Spectat ſpectabat ſpectauit. per pertenere.

Aduerte intereſt perſonale habere quatuor ſignificationes, & totidem uarias cõſtructiones. Nam apud authores inuenies. Ego interfui nuptijs conſobrini, ideſt præſens fui.

Multum intereſt inter hominem & belluam, ideſt magna diferentia eſt.

Centum millia paſſum interſunt Rhoma Neapolim, ideſt Rhoma diſtat. Neapoli centum mille ſiue centum millibus paſſuum in accuſatiuo, ſiue in ablatiuo.

Magni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit, ait Cicero, hoc est quod uernacula lingua dicimus. Grandemente & molto importa.

De tertia specie impersonalium actiuæ uocis.

QVæ sunt impersonalia actiuæ uocis tertiæ speciei? quæ exigunt ante se datiuum, & post se infinitum. ut Cæsari licet omnia facere.

Si uero non habet infinitum sunt personalia, & exigunt ante se nominatiuum, & post se datiuum. quemadmodũ neutra acquisitiua. ut Litteræ non placent stultis.

Dic impersonalia actiuæ uocis tertiæ speciei.

Accidit, atq; uacat, præstatq;, placetq;, libetq;.
Euenit, & restat, conducit, sufficit atq;.
Contingit, constat. cum suppetit, expedit adde.
Conuenit, atq; licet, nec non liquet, omnia uerba.
Hæc infinitum uoluerunt atque datiuum.

Accidit, accidebat, accidit	per accadere & interuenire
Vacat, uacabat, uacauit	per hauer ocio & tempo
Præstat, præstabat, præstitit	per esser melio
Placet, placebat, placuit	per piacere
Libet, libebat, libuit	idem significat.
Euenit, eueniebat, euenit	per accadere & interuenire
Restat, restabat, restitit	per restare
Conducit, conducebat, conduxit	per esser utile
Sufficit, sufficiebat, sufficit	per bastare
Contingit, cõtingebat. contingit	per accadere & interuenire
Constat, constabat, constitit	per esser manifesto
Suppetit, suppetebat, suppetiuit,	per uenire in mente
Expedit, expediebat expediuit.	per esser utile
Conuenit, conueniebat, conuenit,	per conuenire
Licet, licebat, licuit, & licitum est,	per esser licito

Liquēt,liquebat,licuit per esser manifesto
Qūo dices. A mi piace esser dotto. A ti piace esser loquēte, à tutti piace esser da bene? Mihi placet esse docto, et doctū. Tibi placet esse diserto, & disertū. Omnibus placet esse probis, & probos. Sed cū actō tacite subauditur, me, te, se quia hoc infinitū de natura sua copulat similem casum.

De quarta specie impersonalium actiuæ uocis.

QVæ sunt impersonalia actiuæ uocis quartæ speciei? quæ ante se exigunt accusatiuū & post se infinitū ut Adolescē tes Venetos decet imitari uestigia suorū maiorū. Si uero nō habent infinitū, sunt personalia & tunc exigunt ntūm ante se & post se accusatium, ut uirtus decet omnes,

Dic impersonalia actiuæ uocis quartæ speciei.

Dedecet,atq; decet,iuuat,& delectat, oportet
Dedecet dedecebat dedecuit. per star male, et non cōuenire
Decet,decebat,decuit per star bene,& conuenire
Iuuat,iuuabat,iuuit per delettare
Delectat,delectabat,delectauit per delettare
Oportet,tebat,oportuit. p esser bisogno, & necessario

Quid aliud aduertendū est in his uerbis? quod oportet raro inuenitur personale. si dicimus. A mi è bisogno de libri. dicendum est. Mihi est opus libris, siue librorum, siue mihi sunt opus libri.

De quinta specie impersonalium actiuæ uocis.

QVæ sunt impersonalia actiuæ uocis quintæ speciei? quæ exigunt ante se gtūm agentem, uel infinitū loco genitiui post se uero accusatiuū patientē. Vt peccatorū, uel peccas se pœnitet omnes, & hæc semper sunt impersonalia.

Pudet tamen apud antiquos inuenitur personale. Vt Terentius, Hei mihi non te hæc pudent? Miseret autem, & Miserescit nunquam infinito iungitur.

Dic impersonalia actiuæ uocis quintæ speciei.

Depudet, & tedet, miseretq;, pigetq;, pudetq;.
Distedet, necnon, & pœnitet: & miserescit.
Depudet: depudebat, depuduit per non hauer uergogna
Tedet, tedebat, teduit, & pertesum est. per rincrescere
Miseret, miserebat: misertum est. per hauer misericordia
Piget, pigebat, piguit & pigitũ est. per rincrescere
Pudet, pudebat, piduit. per hauer uergogna.
Distedet, distedebat, distedebat per attristarse molto
Pœnitet, pœnitebat, pœnituit. per pentirse
Miserescit, cebat sine præterito per hauer misericordia
Inuenitur etiam miseresco personale. ut Vergilius.
His lachrymis uitam damus: & misereſcimus ultro.

De sexta specie impersonalium actiuæ uocis.

QVæ sunt impersonalia actiuæ uocis sexta speciei? quæ uncta cũ infinitis personalium, sunt personalia, cum infinitis uero impersonaliũ, sunt impersonalia, & exigunt casus eorũ uerborum, quorũ infinita copulantur his uerbis. ut Præceptor solet amare bonos discipulos, & bonũ præceptorum solet tedere uitiorum: & ob id dicuntur famulãtia. Præter uolo cum suis compositis, quod nunquam est impersonale. Nam persona uolens semper ponitur in nominatiuo, ut si dicerem. Ti uol rincrescere al maestro, Tui uis, tui tedere præceptorem.

Dic impersonalia actiuæ uocis sextæ speciei.

Incipit, atq; potest, & desinit, & solet, & uult.
Et debet, cœpit, famulantia dicito uerba.
Sed uolo non unquam tu impersonale uidebis.
Incipit, incipiebat, incepit. per incominciare
Potest, poterat, potuit per podere

Desinit	desinebat, desinit.		per lassar star & cessare
Solet	solebat	solitum est.	per solere
Debet	debebat	debuit.	per douere
Cœpit	cœperat		per incominciare
Volo	uis	uolui	per uolere

De constructione uerborum infinitorum.

INfinitiua uerborum personalium quo cõstruuntur? ante se cum accusatiuo loco nominatiui, qui per finitum uerbũ indicatiuo aut subiunctiunctiuo iungitur cum hac coniunctione quod, uel, ut, post se uero seruant casus suorũ uerborũ. ut, Omnes parentes cupiunt, filios gaudere artibus. ingenius. i. quod filij gaudeant. Video quosdam proficere quosdã profeciſſe, quosdam profectum ire, in Grammaticis, i. quòd quidam proficiunt, quidam profecerunt, & quidam proficiet, in Grammaticis.

Infinita posita pro ptõ imperfecto indicatiui quo construuntur? cũ ntõ. ut, Iuuenis arma capere. Pro capiebat.

Sic in plurali. Milites fugere, pro fugiebant. per impersonale. Nos tedere. pro nos tedebat.

Aduerte quòd infinita, quæ iunguntur uerbis uocatiuis, aut similium casuum copulatiuis, copulant similes casus. ut, Hic cupit esse tuus. Tu affectas dici, atq; uideri inops.

Hæc optauit uiuere pauper. Cæsar totum putauit, esse bonus socer. Nobis non licet esse tam disertis.

Licet ne dicere? uobis expedit esse bonas. & tibi non licet esse procuratorem, maxime. Sed tunc implicite subauditur accusatiuus. uos esse bonas. Te esse procuratorem.

Sed excipiuntur uerba famulãtia, quæ personaliter accepta, cũ huiusce modi infinitis cũ ntõ utrinq; construuntur. ut, Ego incipio fieri doctior. Tu desinis apparere tristis. hic solet esse modestus. Nos iam possumus uiuere securi.

INfinitiua uerborum impersonalium quo cõstruuntur? à frõte, & à tergo cum casu uerborum suorũ. ut, Gaudeo, tibi accidisse studere bonis literis. Scio te erroris tui pœnitere Credo tua interesse hoc facere.

Quid interest inter infinita impersonalium & passiuorum? infinita impersonaliũ nihil habent unquã quod patiatur. ut, uolo à me amari. i. uolo amare à te incipit legi. i. tu incipis legere. Passiua uero habent aliquid, quod patitur. ut, Omnis præceptor uellet, uirtutem amari à suis Discipulis. i. ut, Virtus amaretur.

Aduerte q, in resolutione uerborũ infinitorũ per infinitũ. Si cã est efficiens, põt resolui cũ hac coniunctione, q, per indicatiuũ, & per subiunctiuum, ut Gaudeo, te ad me scribere frequentissime, hoc est, quod tu scribis, siue scribas.

Si uero est causa finalis, semper resoluitur per ut, per modum subiunctiuum. ut, Præceptor Hortatur Discipulos amplecti uirtutem. i. ut amplectantur.

De Gerundijs.

QVid est Gerundiũ? nomẽ participale, hoc est, quod in uerbum resoluitur more participiorũ. ut ueni gratia uidendi amicos meos. i. ut uideam. siue, ut uiderem.

Gerundia quot casus habẽt tres. amãdi, amando, amandum. s. genitiuum ablatiuum, & accusatiuum.

Quo utimur genitiuuo? frequẽtissime cũ his substãtiuis, gratia, causa, facultas, mos. cõsuetudo, et similibus, ut, Gratia discendi Grammaticam multos labores sum perpessus.

Quandoq; cum adiectiuis, ut, Cupidus, studiosus, peritus, & alia id genus, ut, Ego Cupidus suscipiendi liberos, uxorem duxi.

Quomodo utimur ablto? frequentissime absoluti, ut Dicẽdo fiunt oratores, Legendo, & audiẽdo Discipuli proficiunt

Quandoq; etiam cum his præpositionibus,de,ex:e:a:uel:ab:cum:in:ut licet inuenire apud authores.

Quo utimur actõ? frequẽtißime cũ uerbis significãtibus motũ ad locum cum præpositione ad:ut: adoleſcẽtes ſtudioſi literarum græcarum autẽ ad audiendum Homerum.

Interdum cum in,ut Hector exibat. In capiendum hoſtes.

Interdum cum ob uel propter . ut: Priamus profectus eſt in caſtra græca ob uel propter redimendum cadauer Hectoris ſui filij.

Interdum cum inter,ut,Inter nauigandum legimus. Inter cœnandum,tuæ literæ mihi allatæ ſunt.

Quãdoque cum huiuſmodi adiectiuis,Idoneus, aptus, promptus:præſto:paratus:procliuis: facilis:commodus utilis, bonus:& ſimilia,ut:hic Adoleſcens idoneus eſt addiſcendum. Paratus ad audiendum.

Quãdoq; cum his uerbis Induco. Hortor: flagitor: ſto:ſedeo: ut:Induxi te ad nauigandum. Hortor te ad hoc faciendũ. Flagitor ad reſpondendum. Sto ad prædandum . Sedeo ad audiendum.

VNde dicitur Gerundiũ? à gerẽda hoc eſt habẽda duplici ſignificatione ſub una uoce in his maxime Gerũdijs,quæ ueniunt ab actiuis,neutris trãſitiuis,& à cõibus. Nã in cæteris retinẽt ſignificationẽ ſuorũ uerborũ. Sed in ſignificatione actiua cõſtruuntur cũ caſibus ſuorũ uerborũ. ut, Peritus colẽdi agrũ. Hos accuſando,illos occidendo,totã ciuitatem labefactaſti. Ruſtici eunt ad colendum agros.

In paßiua uero nunquam habent ablatiuum cum præpoſitione,exemplum. Genitiui apud Iuſtinum. Athenas miſſus erudiendi gratia,ideſt:ut erudiretur.

Ablatiui apud Quintilianum. Sed memoria excolendo : ſicut omnia alia augetur. Hoc eſt dum excollitur.

Accusatiui. Apud Salustium. Pauca supra repetã, quo ad cognoscendum: omnia illustria magis magisq; in aperto sint. Hoc est: ut cognoscantur. De Gerundius.

QVid est Gerundium? nomẽ, & ipsum participale, hoc est quod in uerbum resoluitur quemadmodum participia, & utranq; gerit significationem sicut ipsa Gerundia.

Gerundiua quot casus habent? omnes casus, & semper applicantur nominibus substãtiuis, ut apud Vergilium. Voluenda dies en attulit ultro, hoc est quæ uoluitur. Apud Ciceronem. Frequentia uestrum incredibilis, alacritatem mihi summam affert Reip. defendendæ & spem recuperandæ libertatis. hoc est ut per gerundium resoluam, defendendi Remp. & recuperandi libertatem.

Dicimus etiam uaco agro colendo, uincæ pastinandæ, ne mori succedendo, & in plurali Vaco agris, uineis, memoribus procurandis. Hoc est, do operam, ut procurentur.

Inuenimus etiam. Curauit iaciendos lapides. Inscribendis prologos. Inuoluendis libris hoc est, ut, iacerentur lapides. dũ ascribuntur prologi, dum uoluuntur libri, apud authores frequentissime inueniuntur.

QVæ differentia est inter Gerundium, Gerundiuum, participium in dus. & participium in dus transiens in uim nominis? Gerundium habet tantummodo tres casus, ut superius diximus & actiuæ positum transitiuæ post se regit casum sui uerbi.

Gerundiuum habet võs casus, uerum nunquam regit post se casum, sed semper regitur & applicatur substantiuo. Vtrũque tamen resoluitur, per tempus præsens.

Partic. in dus sẽper resoluitur p tẽpus futurũ, ut, gloria acquirenda, erit tibi summo honori. hoc est, quæ acquiretur.

Participiũ uero in dus in nomen trãsiens, resoluitur p di-

gnus, digna, dignũ uel per uerbale, siue per infinitum, ut uir uenerandus, ueneratione dignus, siue dignus uenerari.

De Supinis.

Q Vid est Supinum? Verbum participiale, hoc est, quod non uariatur per casus, quemadmodum uerbum, & in uerbum resoluitur, sicut participium. ut Eo spectatum, idest ut spectem.

Vnde dicitur Supinum? à supino, supinas, quod est, Inuerto Inuertis, quia inuertis suas terminationes, nã altera quæ est in um, actiue semper, altera uero quæ est in u, semper passiue capitur.

Quomodo utimur supino in um, cum uerbis significantibus motum ad locum sine præpositione, ut Eo, uenatum. Spectatum admissi sumus. Do filiam nuptum. Latentem in se motum obtinent.

Quomodo utimur supino in u, cum adiectiuis semper, ut, mirabile uisu. Incredibile dictu, Optimum factu, & passiue resoluitur, ut, uideatur, ut dicatur, ut, fiat.

Possumus ne dicere? Venio piscatu. Venio uenatu Venio cultu minime. Sed dicendum est per uerbale Venio à piscatione, Venio à uenatione. Venio à cultu agrorum.

De aduerbiis localibus.

Q Vot sunt aduerbia localia interrogatiua? sex, quæ? ubi quo, unde, qua, quorsum, & quousq;.

Vbi, quid significat? statum in loco. ut, Vbi habitas.

Quo? motum ad locum, ut, Quo uadis.

Vnde? motum de loco. ut, Vnde uenis.

Qua? motum per locum. ut, Qua transis,

Quorsum? notum uersus locum. ut, Quorsum turris.

Quousq;? usq; ad locum. ut, Quousq; ibis.

uel usq; ad tempus, ut, Quousq; studelis.

Quare dicuntur interrogatiua? quia his interrogamus de ſtatu aut de motu, ut patet in exemplis ſuprapoſitis.

Quot modis ponuntur in conſtructione ſupradicta ſex aduerbia? quatuor interrogatiue, relatiue, infinite, & admiratiue.

Quomodo interrogatiue? ut, Vbi fuiſti Iacobe?

Quomodo relatiue, ut Fui, ubi eſt frater tuus.

Quomodo infinite? ut, Vbi eris, te inueniam.

Quomodo admiratiue? ut, Hem, ubi fuiſti miſer.

Si aduerbium ponitur inter duo diuerſa uerba, cui adhæret? ſequenti, et non præcedenti, ut Vado, ubi, eſt pater meus, et maßime ſi aſſumit cunq;, uel geminatur. ut Veniã ubicunq; fueris, et quocunq; uocaris, et ero, quoquo ueneris.

Quæ ſunt aduerbia ſignificantia in loco, quibus reſpondemus ad interrogationem factam per ubi? Hic, iſtic, illic, intus, foris peregre, ibi, ubi, uſpiam, uſquam, & nuſquam. Et compoſita ab ibi, & ubi, ut alibi, nullibi, ibidem, alicubi, ſicubi, necubi, ubiq;, ubiuis, ubicunq;, ubiubi, & hæc quæ dicuntur de duobus locis, utrobi, utrobiq;, neutrobique, utrolibet utrobicunq;. Superius inferius.

Quæ differẽtia eſt ĩter hic, iſtic, illic, hic, ſignificat locũ apud primã pſonã, quæ loquitur. iſtic, locũ apud ſecundã, quæ audit. illic, locum apud tertiã, quæ neq; loquitur, neq; audit, ſed eſt ab utraq; remota, & tamen de ipſa fit ſermo.

Sic, huc, iſtuc, illuc, hinc, iſtinc, illinc, & cætera quæ habent deriuationem ab his pronominibus hic, hæc, hoc, quod refertur ad primam perſonam, iſte, iſta, iſtud, ad ſecundam ille, illa, illud, ad tertiam.

Quæ ſunt aduerbia ſignificantia ad locum, quibus reſpondemus ad interrogationem factam per quo? Huc, iſtuc, illuc intro, foras peregere, quo alio, aliquo, illo, eo, & eodem, uſpiam, uſquam, & nuſquam.

Et composita à quo, ut siquo, nequo, quocunq;, quoquo, quolibet quouis, quopiam, & quoquam, & quæ de duobus locis dicuntur. ut, utro, neutro: utroque utrocunque.

Quæ sunt aduerbia significantia de loco, quibus respondemus ad interrogationem factam per unde? Hinc, istinc, illinc, intùs foris, peregre, inde, unde, undiq;.

Et composita ab unde, ut sicunde, necunde, aliunde, alicunde, undecunq;, undeunde, undelibet, undeuis, & utrinque de duobus tantum. superne, inferne, cœlitus, funditus, radicitus.

Quæ sunt aduerbia significãtia per locum quibus respondemus ad interrogationem factam per qua? hac istac, illac qua alia, illa, ea & eadem.

Et composita à qua, ut siqua, nequa, quaqua, aliqua, quauis, qualibet & quacunque, & quæ de duobus locis dicuntur, ut utra neutra, utranque, utracunque.

Quæ sunt aduerbia significantia uersus locum, quibus respondemus ad interrogationẽ factã per quorsum? horsum, istorsum, illorsum, quorsum, introrsum, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, leuorsum, retrorsum, aliorsum.

Et composita à quorsum ut si quorsum, nequorsum, aliquorsum, & quorsumcunq; & quæ de duobus, dicuntur, ut utrorsum neutrorsum, utrorsumcunq;.

Quæ sunt aduerbia significantia usq; ad locum, uel usq; ad tempus, quibus respondemus ad interrogationem factam per quousq;? hactenus, hucusq;, istucusq;, illucusq;, quousque, eousq;, introusq;, & forasusq;.

De nominibus quæ non ponuntur aduerbialiter.

NOmina propria urbium, & oppidorum primæ & secundæ declinationis tantum singulariter declinata in loco, in quo cãsu ponuntur? in genitiuo, ut Rhomæ, ut Mediolani fui. Si sunt tertiæ, uel tantum pluraliter declinata? in ablatiuo si-

ne præpositionẽ, ut, Carthagine, & Athenis fui.

Ad locum, in quo casu ponuntur? in accusatiuo omnia, ut, Rhomam, Mediolanum, Carthaginem, Athenas uado.

De loco, & per locum, in quo casu ponuntur? in ablatiuo sine præpositione: ut: Rhoma: Mediolano: Carthagine, Athenis redij: uel transiui.

Versus locum in quo casu ponuntur? in actõ cum præpositione uersus, & uersus semper post ponitur: ut: Rhomã: Mediolanum: Carthaginem: Athenas uersus equito.

Vsque ad locũ in quo casu ponũtur: in actõ cũ usque ut: usque Rhomam Mediolanum: Carthaginem: Athenas uado.

Possumus ne huiusmodi nominibus proprijs quandoque addere præpositionem? maxime ut: Sum in Rhoma. De Messana uenio. & ad Iconium eo.

Quæ nomina appellatiua ponuntur: ut: propria? Domus humus rus: & militia ut: Domi: & rure moror. Domo: & rure uenio. Domum: & rus eo. Sed humus non nisi in loco, & de loco legitur. ut: Stratur humi. Surgit homo & militia in loco tantum. ut: fui: militiæ.

Item rus in loco magis in datiuo: quam in ablatiuo ponitur. ut: apud Terentium. Ruri se continebat. Inuenies etiam. Belli in loco aduerbialiter.

Applicantur ne adiectiua hmõi nominibus cum ponuntur aduerbialiter? minime. nisi meus: tuus: suus: noster: uester: & alienus. Nam dicimus: Sũ domi meæ. & tu es domi alienæ. Nõ ãt dicimus: Sũ domi magnæ. tu es domi pulchræ. Sed in domo magna & in domo pulchra: & regia.

NOmina prouinciarum: insularum: montium fluminum: & aliarum rerum appellatiua: & propria hominum in loco in quo casu ponuntur? in ablatiuo cum præpositione in uel simili. ut Fui in Gallia: in Sicilia: in Auentino, in

Nilo in Vrbe, cum Antonio.

Ad locum. in quo casu ponuntur? in actõ cum præpositione ad uel in simili. ut in Galliam, in Siciliam, in Auentinum, ad Nilium, ad Vrbem, ad Antonium propero.

De loco, in quo casu ponuntur? in ablatiuo cum separatiuis præpositionibus. ut ex Gallia, ex Sicilia, ab Auentino, è Nilo ab Vrbe, ab Antonio redeo.

Per locum, in quo casu ponuntur? in accusatiuo cum per, ut per Galliam, per Siciliam, per Auentinum, per Nilum, per Vrbem transeo.

Versus locum, in quo casu ponuntur? in accusatiuo cum uersus. ut Galliam, Siciliam, Auentinum, Nilum, Vrbem, Antonium uersus Eo.

Vsq; ad locũ, in quo casu ponuntur in accusatiuo cum usq; & ad, uel in ut, usq; in Galliam & usq; ad Vrbem Eo.

Quando hoc uerbum peto, ponitur pro uado, accipit ne præpositionem? minime, ut, Vrbem, uel balnea peto.

De participio.

QVid est participium? est pars orationis declinabile quæ pro uerbo ponitur, & in uerbũ resoluitur. ut Petrus amans, qui amat. Petrus amaturus, qui amabit. Virgilius lectus, qui lectus est, Terentius audiendus. qui audietur.

Vnde dicitur participium? à parte & capio capis. quia partem capit nominis, partemq; uerbi.

Quid capit à nomine? genera & casus. à uerbo? tempora & significationes ab utroque numerum, & figuram.

Quare inuentum est participium? cã breuitatis & ornatus est. n. breuius & ornatus dicere. Discipulus amans uirtutem, euadet uiro doctus, quam dicere, qui amat. Nam per participium omittuntur Relatiua, aduerbia, & coniunctiones. ut perlectis tuis literis, exilui gaudio, ideſt, postquam

tuæ

tuæ literæ perlectæ sunt.

Mortuo homine, eius tamen anima uiuit. i. quãquam homo sit mortuus; & per obliquos casus transitiuæ loquimur, ut Præceptor amat Discipulum amantem uirtutem.

Participium quem casum exigit ante se: nullum. Sed ipsum ponitur in eo casu in quo est dictio præcedens.

Participium quem casum exigit post se? casum sui uerbi.

Quot sunt terminationes participiorũ? octo. ans, & ens, ut amans, legens. rus, ut amaturus, & lecturus, tus, xus, ut amatus, uisus, amplexus, & mortuus. dus, ut amandus.

Participium in ans, & ens, unde, & quomodo formatur? à prima persona præteriti imperfecti indicatiui, mutata bam uel bar, in duas literas: ns, ut amabam: amans. docebam, docens. legebam: legẽs, audiebam, audiens. osculabar, osculans, sequebar, sequens.

Quæ excipiuntur, Eo, & queo cum suis compositis, quæ mutant, bam in tres litera. ens, ut ibam, iens, euntis, quibam quiens, queuntis, redibam. rediens, redeuntis. nequens nequeuntis.

Participium in rus, unde, & quomodo formatur? à posteriore supino, addita rus. ut amatu, amaturus uisu uisurus. amplex amplexurus. Excipitur orior, quod facit particip. oriturus, cum faciat supinum ortum, ortu. ut Horatius.

Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.

Participium in tus, sus, xus, unde, et quomodo formatur? à posteriore supino addita, s, ut amatu. amatus. uisu, cisus amplexu, amplexus. Morior tamen facit mortuus, quamuis faciat supinum moritum, moritu. unde uenit moriturus.

Participium in dus, unde, & quomodo formatur? à genitiuo præsentis participij mutata, tis in dus, ut amans, amantis, indus, fit amandus. docens, docentis, tis, in dus, fit docendus.

A Verbo actiuo quot participia deriuãtur? duo. alterũ præsentis, & præteriti imperfecti in ans, uel in ens, ut amans, & legens, alterũ futuri tẽporis in rus, ut amaturus, et lecturus.

Præter infrascripta uerba, quæ cum carent supino, carent etiam participio, quod ab ipso supino formatur, unde si detur uulgare per participium futuri temporis, tunc resoluitur per uerbum, & relatiuum ut.

Li Adolescenti Venetiani hauendo ad imparar bene le arte ingenue, faranno le case sue per molte uirtu illustre, molto piu illustre con la sua dottrina.

Adolescentes Veneti, qui bene discent artes ingenuas, domus suas multis uirtutibus illustres, sua doctrina multo illustriores facient. Dic aliquod actiua carentia supino.

Compesco, posco, renuoq;, & respuo, lingo.
Sugo, refello, timet, urget, lambo, ambigo, caluo.
Visoq;, cum metuo, linquo, his adiungito disco.
Dispescit, ferit, ediscit, fugit, & simul angit.

Compesco compescis compescui ca. sup. per refrenare
Posco poscis popposci. per dimandare
Renuo renuis renui. per refudare.
Respuo respuis respui. idem significat.
Lingo lingis linxi. per licare
Sugo sugis suxi. per sugare
Refello refellis refelli. per redarguire
Timeo times timui. per temere
Vrgeo urges ursi. per constrenzere
Lambo lambis lambi. per licare
Ambigo ambigis sine præterito. per dubitare
Caluo caluis calui. per ingannare
Viso uisis uisi. per uisitare
Metuo metuis metui. per temere

Linquo linquis linqui sine supino tamen in compositis inuenitur relictum, & derelictum unde participium relictus, & derelictus in usu habetur. per abandonare.

Disco discis didici. per imparare

Dispesco dispescis dispecui. per dispartire.

Ferio feris ca. præterito. & su. tamen utimur percussi, percussum à percutio percutis. per ferire

Edisco edisci edidici. per imparare a mente

Fugio fugis fugi ca. su. inuenitur tamen fugiturus, ut Ouid.

Remigiumq; dedi, quo me fugiturus abires. per fugere

Ango angis anxi sine supino, inuenitur tamen anxus, & anctus. per strangolare, & cruciare.

A Verbo passiuo quot participia descendunt? duo alterum præteriti perfecti temporis. in tus, sus, xus, ut amatus, uisus, pexus, alterum in dus futuri temporis. ut amandus, legendus. Præter supradicta uerba, quæ cum ca. sup. non habent participia passiua compescitus, discitus, timitus. Sed resoluuntur per actiuum, ut Dio temuto da li buoni, castigara li cattiui. Deus, quem boni timuerunt, castigauit malos.

Inueniuntur etiam quædam participia, quorum uerba passiua non sunt in usu, ut decursus, regnatus, laboratus, galeatus, tunicatus, loricatus, togatus, trabeatus, & alia huiusmodi apud authores.

A Verbo neutro quot participia descendunt? duo alterum præsentis, & præteriti imperfecti in ans, uel in ens, ut abundans, & seruiens, alteram futuri in rus, ut abundaturus seruiturus.

Quæ neutra habent quatuor participia? neutra transitiua, duo in actiua significatione, ut arans, & araturus, & duo in passiua, ut aratus, & arandus. Quia ista uerba habent passiuum in tertijs personis.

Quæ neutra habent tria participia? hæc, quæ his tribus uersiculis continentur.

Prandeo, cœno, mœret, nubo q;, & iuro quiesco.

Et placeo, & pateo, tituboq;, & gaudeo, fido.

Cum soleo, assuesco, atque audeo, iungimus istis.

Fio habet tantum in usu factus, & faciendus, nec ullus eruditus. dixit fiens, aut fiendus.

Prandeo prandes prandi, & pransus sum, per disinare.

Cœno cœnas cœnaui, & cœnatus sum: per cenare.

Mereo meres merui, & meritus sum. per meritare

Nubo nubis nupsi, & nupta sum. per maridarse

Iuro iuras iuraui, & iuratus sum. per zurare

Quiesco quiescis quieui quietum. per quietarse

Placeo places placui, & placitus sum. per piacere

Titubo titubas titubaui, & titubatus sum. per uacillare

Gaudeo gaudeo gaudes gauisus sum. per allegrarse

Fido fidis fisus sum. per fidarse

Soleo sole solitus sum. per solere

Assuesco assuescis assueui, & assuetus sum. per usarse

Audeo audes ausus sum. per hauer ardimento

Quæ neutra habent tantum unum participium? quæ carent supinis, ut sunt hæc. Omnia augmentatiua, & desideratiua, ut horresco, lecturio, & uolo, uis.

Omnia neutra secundæ coniugationis, quæ faciunt præteritum in ui diuisa syllaba, ut studeo, calleo, egeo, &c. quæ dicuntur neutra affectiua. ut palleo, madeo, reo, leo.

Excipiuntur tamen contenta in uersu seq. quæ, & si faciunt ptũm in ui diuisa syllaba tamen habet sup. & in partici.

Vt, pla, ta, no, la, me, pa, sunt, o, li, ua, ca, do. Scilicet. Placeo, taceo, noceo, lateo, mœreo, pateo, oleo, liceo, ualeo, careo, doleo. Quæ omnia continentur in his uersiculis.

Strideo, ſterto, rudo, ſtridit, mico mœreo, gliſco.
Et conquiniſco, pauet, & dans, parco, peperci,
Scandoq;, cum ſcalpo, ſcabit, uult, ac horreo mando.
Pſallo, luo, atq;, tremo, ſatagoq;, & luceo, dego,
Micturio, horeſcoq;, & c. talia, præter,
Parturio, eſurio, & per ui quæcunque ſecundæ,
Vt caleo fuerint, ſed tamen iſta ſupinum.
Pla, ta, no, la, me, o, li, ua, ca, do,

Strideo ſtrides ſtridi, ca. ſup. per cigare, & cridare
Sterto ſtertis ſtertui. per ronchizare
Rudo rudis rudi. per far il uerſo de l'aſino
Strido ſtridis ſtridis. per cigare, & cridare
Mico micas micui. per zugare a la mora. & ſplendere
Mœreo mœres caret ptõ, et ſup. per eſſer grammo
Gliſco gliſcis, ca. ptõ & ſup. per creſcer da ſi.
Cõquiniſco, niſcis, queſi. per inchinar, & ſquaſſar il capo
Paueo paues paui. per hauer paura
Parco parcis peperci per perdonare
Scando ſcandis ſcandi per montar & aſcendere
Scalpo ſcalpis ſcalpſi. per gratare
Scabo ſcabis ſcabi idem ſign.
Volo uis uolui. per uolere.
Nolo non uis uolui. per non uolere
Malo maluis malui, ca. ſup. per uoler piu preſto
Horreo horres horrui per hauer paura
Pſallo pſallis pſalli. per cantare
Furo furis inſaniui. per deuentar matto
Luo luis lui. per purgar la colpa, & patir la pena
Tremo tremis tremui. per tremare
Satago ſatagis ſategi. per eſſer diligente
Luceo luces luxi. per lucere

Pelluceo pelluces pelluxi per lucere molto
Dego degis degi per uiuere
Micturio micturis,micturiui.per desiderar de orinar
Horresco,horrescis,ca.ptõ,& sup.per hauer grande paura
Parturio,parturis,riui,ritum. per desiderar de parturir
Esurio esuris esuriui esuritum.per hauer fame
Caleo cales calui. per scaldarse
Placeo places placui placitum: per piacere
Taceo taces tacui tacitũ. per tacere
Noceo noces nocui nocitũ per nocere
Mereo meres merui meritum.per meritare
Pateo pates patui passum.per esser manifesto
Oleo oles olui uel ui tu,uel tũ. per puzare, & saper de bon
Liceo lices licui licitum. per esser appreciato
Valeo uales ualui ualitũ. per ualere,& esser sano
Careo cares carui caritum.per mancare
Doleo doles dolui dolitũ. per dolerse

A Verbo cõi quot participia descẽdunt? quatuor,duo in actiua uoce,& significatione,ut,largiens, & largiturus, & & duo in passiua uoce,ut,largitus,& largiendus.

Sciendũ tamen est, participiũ temporis præteriti perfecti habere tam actiuã,quam passiuam significationem,ut.

Sino hortatus Troianos ad ducendum Equum intra mœnia, deceperit Regem Priamum. & Rex Priamus hortatus à Sinone ad patriæ,exitium,amisit Regnum.

A Verbo deponenti quot participia descendunt ? tria,unum præsentis,et præteriti imperfecti,ut sequẽs,alterũ præteriti perfecti,& plusquã perfecti, ut, secutus,alterum futuri temporis in rus,ut secuturus.Sed uerba carentia supino,habent tantum participium præsentis tẽporis, quæ cõtinentur hoc uersiculo.

Vnum dat ueſcor, medeor, liquor, & reminiſcor.

Veſcor	uerſceris, ca. ptõ, & ſup.	per uſar cibi
Medeor	mederis, ca. ptõ. & ſup.	per medicare
Liquor	liqueris, ca. ptõ, & ſup.	per ſcolarſe
Reminiſcor	reminiſceris, ca. ptõ, & ſup.	per recordarſe

Participium præteriti perfecti temporis quam ſignificationem habet.

Eorum uerborũ, à quibus deducitur, tamẽ quandoq; deponẽtia habent participium ſignificationis paßiuæ. ut, apud Vergiliũ. Fido graditur cõitatus Achate. Nũc oblita mihi tot carminæ, et Terẽtius, Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda. quia apud antiquos erant communia.

Quæ deponentia habent quandoq; participium in dus? quæ habent ntiũm agentẽ, ut ſequendus à ſequor, ut, Ouidius.

Non tibi ſic dices, phylli, ſequendus eram.

Et idem. Multa rogant utenda dari.

De participio tranſeunte in uim nominis.

PArticipium quod modis tranſit in uim nominis, quatuor cõſtructione quando participiũ non hẽt poſt ſe caſum ſui uerbi, ut amans pietatis, nomen eſt. Amans pietatẽ, participium. Sic etiam patiens laboris, patiens laborem.

Comparatione? cum participium format ex cõparatiuum ut amantior uenit ab hac dictionem. amans, quæ nõ amplius eſt participium. Nam participium. inquantum participiũ non format ex ſe comparatiuum.

Compoſitione: quotieſcunq; participiũ cõponitur cũ aliqua particula, cũ qua non cõponitur uerbũ. ut, indoctus innocens, in aratus, non. n. dicimus, in doceo, in noceo, in aro.

Tẽporis amißione: cum participium futuri tẽporis in dus nõ reſoluitur per tempus futurũ, ſed per hoc adiectiuum, dignus, digna, dignũ, & infinitũ uerbũ præſentis tẽporis ſi-

ue per nomen uerbale. ut uir uenerandus.i. dignus uenerari uel dignus ueneratione. Mulier ubiq; celebranda.i. digna ubique celebrari. Scelus non tacendum.i. non dignum taceri, & sic alia multa apud authores inueniuntur.

QVando non licet uti participio, quãuis detur uulgare participij? Quando non inuenitur participium, quemadmodum in actiuis, quæ nõ habent participiũ præteriti tẽporis; & in passiuis. quæ non habent participiũ præsentis temporis. Tũc resoluitur per uerbum, & relatiuum. ut, si dicerem.

Li Scholari hauendo inteso Grammatica, facilmẽte imparerano Rethorica. Discipuli, qui intellexerunt Grammaticam, facile percipient Rhetoricem.

La Retorica essendo imparata da uoi, molto ue giouara.

Rhetorice, quæ a uobis discitur, admodũ uobis proderit.

Vel quando relatiuũ non cadit in ntõ in resoluendo, ut, la Grãmatica insegnata da mi à uoi, sempre ue sarà ad honore et utilità. Grãmatica quã uos docti fuistis, à me erit semper uobis honori, & utilitati. Nec dicas grã. docta, quia non licet resoluere, quæ docta fuit p ntũm, nam, id, quod neq; agẽs, neque patiens est ponitur in actõ per quartã speciem actiuorum.

Similiter resoluitur participium, quando non habet proprium uulgare uerbi. ut, si dicerem.

Li boni amici, seruiti da li amici, non se dismẽticano del bene- (ficio
Boni amici, quib. ami. seruiuerũt nõ obliuiscuntur beneficij,
La uirtu alegrãte tꝑiace a li homini dotti. (uel beneficiũ.
Virtus. qua tu gaudes, placet hominibus doctis.

El Maestro batente li scolari peruersi, fa l' officio suo.
Præceptor, à quo uapulãt praui discipuli, fugitur officio suo

De partic. absolute posito, siue in cõsequẽtia, uel comitantia.

QVando participium dicitur absolute poni? quando non regitur ab ullo uerbo, & tunc ponitur in ablatiuo, ut.

Te ueniente die, te decedente canebat.

Orto, sole, rustici eunt ad colendum agros.

Si uero participium ponatur absolute, nec possit fieri per participium propter supradictas causas, uel quod non inueniatur participium, uel quod non habeat proprium uulgare uerbi. Tunc resoluitur per causales particulas, quia quoniam nam, Vel per aduerbia temporis, dum, uel donec, uel postquam, ut.

El maestro batente li scolari uitiosi, molti deuenterãno boni.

Dum, uel donec uitiosi discipuli uapulant à præceptore, multi euadent boni.

Venuto lo autumno, molti se amalano. Postquam Autumnus uenit, multi ægrotant.

Venuta la prima uera, le hirũdine fanno il nido ĩ casa nostra. Postquam uenit uer, hirundines nidificant domi nostræ.

Studiata la Grammatica dareti opera a le altre arte. Postquã uacaueris Grammaticæ, uacabitis alijs artibus.

De comparatiuis.

QVod sunt gradus cõparationis? tres, positiuus, ut, doctus Comparatiuus. ut doctior. superlatiuus, ut, doctissimus.

Quia est positiuum? id omne, unde comparatiua, & superlatiua deducuntur.

QVid est comparatiuũ? quod in se habet significationem sui positiui cum augmento huius aduerbij magis, ut, fortior, magis, fortis, sapientior, magis, sapiens.

Vel est particeps alicuius sensus positiui. ut, ulterior, magis ultra quã ille, qui est ultra. Deterior, minus bonus Prior, qui fuit magis pridem.

Quare data est secunda difinitio? propter ea cõparatiua, quæ deducũtur à dictionibus carentibus casu, in quibus nõ est illa inhærentia positiui ad ipsas personas, quæ est in nomi-

nibus adiectiuis significantibus qualitatem aut quantitatem. Longe enim differt Hercules est fortis. Nessus est ultra ripam. ibi enim significo fortitudinem inesse Herculi. Hic autem Nessum locũ occupasse. Sed ultra nõ inesse ipsi Nesso. Quemadmodũ insunt adiectiua significantia quantitatem, aut qualitatẽ inhærentem corpori, aut animo.

Comparatiua à quot partibus orationis deducũtur: quinque à nominibus adiectiuis, quorum significatum augeri potest, & minus. ut, albior, maior, fortior.

Ab uno uerbo Detero, deterior, quod significat minus bonũ.

A participijs, quæ tunc in nomen transeunt, ut amantior.

A præpositionibus. ut, posterior.

Ab aduerbijs. ut, prior.

Licet ne dicere Venetior. Erixianior singularior: minime, quia singul. & nomina gẽtilia augmentũ non accipiunt.

Comparatiua unde, et quomodo formantur: à primo casu desinente in, i, addita or, ut, ab albi, albior, à forti, fortior. ab amanti, amantior.

Comparatiua in or, cuius generis? Cõis. quæ, mutatá or, in us. faciunt neutrum. ut, hic, hæc doctior, & hoc doctius. Præter senior generis, cõis quod non hẽt in usu senius.

Comparatiua diminutiua unde, & qũo formatur: a neutro audita cuius. ut, ab albius, albiusculus, à fortius fortiusculus quæ comparatiuorum seruant constructionem. ut, Thais maiuscula est me, uel quàm ego sum.

Quæ excipiuntur à prædicta Regula? habentia uocalem ante us, quæ in usu frequenti comparatiua non habent, sed ea supplent per magis, & positiuum ut, pius, magis, pius, eximius, magis eximus, Idoneus magis idoneus.

Quare non licet dicere pijor, egregijor, propter duas Regulas sibi cõtrarias. Nã altera uult comparatiuum regulari-

ter formatum superare positiuum una syllaba, ut, doctus, doctior.

Altera uero uult, i, positũ inter duas uocales fieri duplex cõsonans, quod si fieret, superior Regula non seruaretur, et hac de causa usus supplet per magis, & positiuum. Vnde Iuuenalis subtracto, i, usus est comparatiuo.

Egregius cænat, meliusq; miserrimus horũ. Egregius magis egregie. Quæ etiã excipiuntur? Ea, quæ dicuntur Anomala, hoc est irregularia, & sunt hæc.

Bonus, melior, optimus. Malus, peior, peßimus.

Magnus, maior, maximus. Paruus, minor, minimus.

Dexter, dexterior, dextimus. Sinister, sinisterior, stimus.

Multum, plus. plurimus. Nequam, nequior, nequissimus, & composita à facio, dico, loquor, & uolo, ut.

Magnificus, magnificentior, magnificentißimus.

Maledicus, maledicentior, maledicentißimus.

Grandiloquus, grandiloquentior, grandiloquentißimus.

Beneuolus, beneuolentior, beneuolentißimus, & similia.

Ocyor, uenit à positiuo græco ochys, idem est, quod uelocior.

Comparatiua, quæ ueniunt à præpositionibus accusatiuis, desinentibus in ra, quomodo formantur? mutata, ra, in er, et accepta ior, ut, intra, interior, extra, exterior, ultra, ulterior, citra, citerior. infra, inferior. supra, superior, post, posterior, prope tamen proprior, facit.

Comparatiua, quæ ueniunt ab aduerbiis, quomodo formantur? non habent certam formationem, & pauca inueniuntur, ut, pridem, prior. penitus, penitior.

De casibus, quibuscum iungitur comparatiuum.

COmparatiuum qũo construitur? cum ablatiuo sine quam uel cum nominatiuo, aut alijs casibus cum quàm, qui nominatiuus, uel alij casus non à comparatiuo, sed à uer-

bo præcedenti reguntur. ut,

Cicero fuit eloquentior Hortenſio, uel quã Hortẽſius, ſub audi, fuit Neminẽ cognoſco modeſtiorẽ fratre tuo, uel quam fratrẽ tuũ Ouid. Mitius inueni quã te. genus omne ferarũ. Nemini ſeruio gratiori, quam tibi, ſubintellige ſeruio. Vir nemine uſus ẽ liberaliore quã Mœcenate, ſuple uſus eſt.

Quæ excipiuntur. quæ nõ ponũtur cũ quã, hoc Relatiuũ, qui, quæ, quod, et noña negatiua, ut, nullus, nemo, neuter quæ cũ quã non ponuntur, ut Cicero, quo nemo fuit, eloquentior, ſuã familiã Eloquentia, ſua illuſtrauit. Niſi quando aliquid includitur in ipſo relatiuo, ut Maiora ſunt animalia, quæ in aquis, quam quæ in terris. i. quam ea, quæ. Neutro ueſtrum ſum inferior. Ntõ licet dicere quã neuter, quia quã habet uim negationis, & ſic eſſent duæ dictiones negatiuæ. Poteſt ne cõ paratiuum habere alium caſum? ablatiuum ſignificantem exceſſum, ut, Sum longior te uno palmo.

Polyphemus erat maior Vlyſſe centũ ulnis, & omnes caſus, quos habet ſuum poſitiuũ, ut, Nemo ciuium Romanorũ fuit ſtudioſior eloquentiæ Cicerone. Vera Eloquentia utilior eſt Reipub. quam ſola, & nuda philoſophia.

Verus Orator in Rep. longe dignior eſt laude, quam purus, & infans philoſophus.

Põt ne cõparatiuũ quandoq; habere genitiuum? maxime quando partitiue ponitur, ut, maior iuuenum, & Manuum melior eſt dextera. Hic adoleſcens eſt doctior ſuæ claſsis.

Quandoq; etiam abſolute ponitur. i. ſine caſibus, qui ab eo regantur, ut. Meliore quodam inſtituto Grammaticam docere iam cœpimus.

Plus, & minus quo conſtruuntur cũ gtõ ex natura poſitiui, & ablatiuo ex natura comparationis, ut habeo plus, fine minus amicorum te, plus ſcientiæ, minus librorum. Fre-

quentius tamẽ numerus per plures: et pauciores refertur: ut Plures libros me habes, sed pauciora uolumina perlegisti.

Interdum etiam aupua athores plus & minus aduerbia cum genitiuo, uel accusatiuo, uel ablatiuo numerum etiam referunt. ut, Plus, aut minus quingentorum librorum, uel quingentos libros, uel quingentis libris habeo.

Si comparatio fit inter uerba, quibus particulis utimur tam, quàm tantum, quantum magis, minus, ut, Ego magis, cupio uitam, quàm mortem, & magis lego, quam scribo.

Ad bonam comparationem quot requiruntur: quinque. Res comparata, quæ dicitur secundus terminus. Accidens, comparetur, quæ dicitur secundus terminus. Accidens, comparabile, Et quod accidens communicetur cum utroque termino. Et quod prior terminus superet alterum. ut, Sylla fuit crudelior Mario.

Abusio quot modis fit in comparatione, quinq;, quum alter deficit terminatorum. ut: tu es melior, quam fortunatior.

Vel accidens non est comparabile, ut, Sum magis rationalis quàm tu.

Vel substantiua, aut pronomina, aut nomina gentilia comparantur, ut Neronior, Ipsior, punus, punior.

Aut cum accidens uni tantum terminorum competit. ut nix est albior coruo.

Aut cum, neutri terminorum conuenit. ut, Melius est patrem quam patria prodere. & Mare ponticum est dulcius Cretico. De modis comparandi.

QVando comparatio fit ab uno ad alterum, uel ab uno ad plures diuersi generis, uel à pluribus ad plures diuersi generis quo gradu utimur: Comparatiuo. ut, Virtus melior est auro, atq; omnibus diuitijs. Achilles fuit fortior. Troianis. Rhomani fuerunt potentiores Carthaginensibus.

Quando fit comparatio ad plures sui generis, quo gradu utimur superlatiuo. ut, Iustitia omnium uirtutum præstantissima est Achilles fuit fortissimus Græcorum.

Aduerte quod in ea comparatione, in qua fit, secundus terminus per alius, alter, reliquus, cæter, cætera, cæterum, quatuor relatiua diuersitatis, talis comparatio fit per comparatiuum. ut Cicero pro sexto Roscio Amerino statim in ipso proemio, Quid ergo: audacissimus ego ex omnibus? minime. at tanto officiosior quam cæteri: Nam si licuisset, dixisset potius officiosissimus cæterorum.

Quot modis fit comparatio: quatuor, ab una persona, ad alteram. ut, Ego sum maior te.

Aut ad seipsam, Ego sum ditior solitio, uel ditior hodie quam heri. Hic uidetur mihi doctior, quam erat.

Aut ab uno accident ad aliud, & tunc semper fore utimur aduerbio, ut, Sum magis fortis quam doctus. (bo.

Aut ab uno uerbo ad alterũ ut Ego magis studeo, quam scri-

Q Vot modis non potest cum ablatiuo iungi cõparatiuum: quinq;. quum a partitiue ponitur, ut, Duorũ fratrum maior est Marius. Aiacum fortitor fuit Telamonius.

Aut quando non inuenitur ablatiuus: ut, Mare Ponticum dulcius est, quàm cætera maria. Quia non habemus in usu maribus.

Aut quando inter ipsa adiectiua fit comparatio. Tunc. n. utimur magis, & positiuo. ut, sum magis albus, quam niger.

Aut inter uerba fit comparatio ut plura audio, quam credo.

Vel cum dictio, qua fit exceptio ponitur in ntõ, ut, Diomedes fuit fortior, quam omnes Troiani, præterquam Hector.

Nam coniunctio exceptiua cupulat similes casus.

Q Vot modis non potest comparatiuum regere post se nominatiuum cum quam: similiter quinq;. quum partitiue

ponitur: ut, Manum aptior est dextera.

Aut quum non inuenitur nominatiuus. ut, Nihil est crudelius nece. Et, Nihil est homini ipso charius.

Aut quando relatiuum est terminus comparationis, ut, Virtus qua nihil est homini melius, præstat diuitijs.

Aut quando ponitur cum dictione negatiua. ut, Nemine uestrum sum inferior.

Aut quando dictio exceptiua ponitur in ablto. ut, Diomedes fuit fortior omnibus Troianis, præterquam Hectore.

De Superlatiuo.

Quid est superlatiuum: quod ad plures sui generis comparatum superponitur omnibus, ut Cicero fuit eloquentissimus oratorum Rhomanorũ. i. Cicero maxime eloquens extitit super omnes oratores Rhomanos.

Vel per se prolatum habet intellectum, hoc est, significationem sui positiui cum hoc aduerbio, maxime, siue ualde, ut ut Cicero pro Marco Marcello. Hæc qui faciat, non ego eum summis uiris comparo, sed simillimum Deo iudico, idest maxime, siue ualde similem.

Nouissimus tamen non uidetur habere propriam significationem sui positiui, cum nouus, noua, nouũ significet rem nouam. Nouissimus uero ultimum, ut Ouidius in epistola Laodomiæ ad suum Protesilaum.

Hoc quoque præmoneo de naue nouissimus exi.

Quot sunt formæ, siue terminationes superlatiuorum? octo duæ frequentissimæ, simus, & rimus, ut, fortissimus, pulcherrimus, sex uero non tam frequentes, limus, ut, facillimus, timus. ut, ultimus. ximus. ut, maximus. remus, ut postremus, fimus, ut infimus. nimus. ut, minimus.

Superlatiua a quot partibus orationis deducuntur: quinq; quẽadmodum, & cõparatiua, à nominibus adiectiuis. ut,

albißimus. ab uno uerbo detero deterrimus. à participijs fa=
ctis nominibus. ut amantißimus, ſeruãtißimus, a præpoſitio=
nibus. ut, ab, ultra, ultimis, ab aduerbio, ut à pridem, primus.

Superlatiua, quæ ueniunt à nominibus adiectiuis, unde,
& quomodo formantur? à genitiuo addita, s, & ſimus. ſi ſunt
ſecundæ declinationis, ut, clariſſimus. Si uero ſunt tertiæ ſo=
lum addita ſimus, ut, fortiſſimus, ſeruantiſſimus, præterquã
in, r, finita, quæ formantur à nominatiuo addita rimus, ut, a
pulcher, pulcherrimus ab acer, acerrimus, a ſatur ſaturri=
mus, ita, & maturimus, & ueterrimus, à matur & ueter po=
ſitiuis antiquis. Nunc dicimus hic, & hæc, & hoc uetus, &
maturus, matura, maturum.

Quæ excipiuntur à ſecunda declinatione? Ea, quæ dicun=
tur Anomala, ut, bonus, melior, optimus. & c. de quibus dixi=
mus in comparatiuis.

Quæ excipiuntur à tertia declinatione? pauca, quæ in li=
mus deſinunt, quæ abiecta, is, nominatiui & aſſumpta limus
formant ſuperlatiuum, & continentur in hac dictione fa=
gus. ut, facilis, facillimus. agilis, agillimus. gracilis, gracilli=
mus. humilis, humillimus. ſimilis, ſimillimus. & ſua compoſi=
ta. ut, difficilis, difficillimus, diſſimilis, diſſimillimus.

Quæ ſunt nomina habentia comparatiuum ſine ſuperla=
tiuo? ſenex, iuuenis, adoleſcens nam inuenitur ſenior. iunior,
adoleſcentior, non tamen dicimus ſeniſſimus, iuueniſſimus,
adoleſcentiſſimus, loco quorum poſſumus dicere, maxime ſe=
nex. maxime iuuenis, maxime adoleſcens.

Superlatiua, quæ ueniunt à præpoſitionibus, in quid deſi=
nunt tria in remus. ut, poſt, poſtremus. ſupra, ſupremus. ex=
tra, extremus, & extimus. Cætera uero in imus, ut, ultra ul=
timus, citra citimus, ĩtra, intimus, infra infimus, prope proxi
mus. quod pro cognato poſitũ accipit ſignificatione poſitiui,

& facit

& facit comparatiuum, proximior. i. propinquior, absque su perlatiuo. Nusquam enim inuenitur proximissimus, loco cuius ponimus, maxime proximus.

A quibus aduerbijs deducuntur superlatiua? à paucissimis, à pridem, primus. à penitus, penitissimus, à nuper, nuperrimus, à sæpe, sæpissimus.

SVperlatiua quo construuntur? cũ gtõ plurali cæterorum nominum, uel singulari collectiuorum, ut, Imperatorum optimus fuit Augustus, & Iugurta suæ gentis callidissimus.

Quid est nomẽ collectiuũ? quod ĩ singulari multitudinẽ significat. ut, populus. gẽs, turba, uulgus, plebs, ciuitas. concio.

Potest ne superlatiuum quandoq; habere ablatiuum cum præpositione? ex maxime. ut, Hiempsal ex his minimus, & Ouidius in Epistola Hipsiphiles ad Iasonem.

Vltimus è socijs sacram conscendis in Argo.

Superlatiuum potest ne habere alios casus? potest etiam habere omnes casus sui positiui. ut frater tuus omnium cupidissimus uirtutis, est condiscipulorum dignissimus laude.

Superlatiuũ cum quo substãtiuo debet cõgruere in genere cũ utroq;, ut, Liliũ est albissimũ, uel albissimus florũ. &. Superbia est maxima, uel maximũ uitiorũ. Hoc dici potest, quotiescunq; superlatiuum medium est inter speciem, & genus, Nam liliũ est species, flos uero genus, sic superbia, & uitiũ.

Quæ sunt particulæ, quæ adhærent positiuo? tam, quam magis, minus, æque, parum, satis, ualde, plurimum, nimis, minimum, per, perquam unica dictio.

Tam, & quàm, quando fit accidentium comparatio, quibus gradibus iunguntur? omnibus. ut, Tuus auus fuit uir tam grauis, quàm disertus, tam grauior, quàm disertior, tam grauissimus, quam disertissimus.

Quæ sũt particulæ. quæ adhærẽt cõparatiuo, tãto, quãto

eo,quo,paulo,nihilo. licet tãto,et quãto,et multo,iungantur etiam ſuperlatiuo, & maxime in comparatione accidentiũ. ut. quanto es nobiliſſimus ciuium,tanto ſis humaniſſimus.

Quæ particula eſt propria ſuperlatiui? quam. ut,uir quã doctiſſimus nemini inuidet, niſi ponatur pro quantum. tunc enim iungitur poſitiuo.

Quæ particula eſt communis omnibus gradibus? longe quæ ſignificat ualde.

Productus quomodo facit ſuum comparatiuũ? longe, uel multo doctior. ſuperlatiuum uero,quam doctiſſimus.

Quare non licet dicere perdoctus,perdoctior,perdoctiſſimus? quia per propria eſt poſitiui, longe uel multo cõparatiui,quæ uero ſuperlatiui,niſi copuletur cũ his particulis augmentatiuis,et ſemper poſtponatur,per,oppido,ſanè admodũ ualde, nimis, ut Vir perquam doctus oppido quam eruditus. ſanequam pulcher. admodum quam elegans ſcortum. Item.

OMNES GRAMMATICI HABENT. ualde quam paucos numus.

Quid ſeruandũ eſt in cõparatione facta per ſuperlatiuũ? ut, id,quod comparatur ſit eiuſdem generis, uel ſpeciei cũm illo,cui comparetur, unde non liceret dicere. Socrates eſt fortiſſimus aſinorũ, nec Tygris eſt luporum uelociſſima, quia ſic Socrates uideretur aſinus, & tygris uideretur lupus.

Quia ſuperlatiuum redolet naturam partitionis,in qua ſemper pars ducitur à toto. De relatiuis.

QVid eſt Relatiuum? quod rem ante latam refert. Vnde dicitur Relatiuum? à refero refers, quia ſemper aliquid antecedens refert.

In quòd partes diuiditur Relatiuum? in duas, ſubſtantiæ,& accidentis.

Quid ẽ relatiuũ ſubſtãtiæ? quod refert antecedẽs ſubſtãtiuũ.

Quid est relatiuũ accidẽtis? quod refert antecedẽ adiectiuum.

Quot sunt relatiua substantiæ? undecim, qui, quæ, quod, is, suus, ipse, sui. ille, idem, alius, alter, reliquus, & cæter, cætera, cæterum.

In quot partes diuiduntur relatiua, substantia? in duas identitatis, & diuersitatis.

Quid est relatiuum identitatis? quod idem, quod anteceßit simpliciter refert. ut Plato, qui fuit doctißimus sue ipsius ætatis philosophorum docuit Aristotelem, & is idem Socratis Discipulus fuit.

Quid est relatiuum diuersitatis? quod refert antecedens fora diuersum à consequente, sed tamen sua eodem genere ut specie, esse demonstra. ut, delector lauro, & cæteris arboribus.

Quot sunt relatiuo identitatis? septem, qui, is, suus, ipse, sub ille, idem.

Quot sunt relatiua diuersitatis? quatuor, alius, alter, reliquus cæter, cætera, cæterum.

Relatiua substantiæ cũ quo substantiuo cõcordant? cũ antecedente semper, præter, suus, sua, suum, quod semper concordant cum sequente. filius amat suam matrẽ. optimus quisquæ præceptor docet suos discipulos. & eui, quæ, quod: quod positũ inter duo diuersa substãtiua cõuenit cũ proprio. ut, est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Sin ambo extrema substãtiua sint appellatiua, cum utrouis potest conuenire. ut, Leo, qui, uel, quod animal est terribile, est rex animalium terrestrium.

Relatiua substantiæ diuersitatis cum quo substãtiuo concordant? cũ sequente semper. ut uidi Leonem, & alias feras.

Quot sunt relatiua accidentis frequentißima apud authores sex, qualis, quantus, cuius, cuias, quot quotus.

Quot modis ponuntur in oratione? quatuor modis, interrogatiue, relatiue, infinite, & admiratiue.

Quomodo interrogatiue? ut quantus est mons Atlas.

Quomodo relatiue? ut magnus, uel tantus est Atlas, quantus athos.

Quomodo infinite? ut nescio, quantus sit.

Quomodo admiratiue? ut hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore.

Relatiuum accidentis, cum quo substantiuo concordat? cum sequenti semper, ut Polyphemus erat magnus quanta est turris diui Marci. Horatius tamen cum antecedente dixit

Sed incitat me pectus (in his uersiculis.

Et putres mammæ.

Equina quales ubera.

Qualis quod relatiuum est? per quod respondetur nominibus significantibus qualitatẽ, ut bonus, malus, sæpius prudẽs demens, stultus, intelligẽs, doctus, indoctus, pulcher, turpis, albus, & c. significantia, uirtutem, uitium, colorem, et similia, quæ non accipiunt mensuram, ut tua facies est nigra, qualia sunt corpora Aethiopum.

Quantus quod relatiuum est? per quod respondetur nominibus significantibus quantitatem, ut magnus, paruus, longus, breuis, latus, angustus, altus, profundus, & similia: quæ omnia accipiunt mensuram, ut Leo est magnus, quanta est Tygris, eius redditiuum est tantus.

Cuius, cuia, cuium, quod relatiuũ est? per quod respõdetur nominibus, & pronominibus possessiuis, & genitiuis primitiuorum possessiue positis, ut Regius, Euandrius, Priameius, Pompeianus, Cæsarianus, meus, tuus, suus, noster & uester, Ciceronis, Cæsaris, Mar. Antonij, et similia: ut hic seruus est meus cuia est hæc ancilla. Antiqui dicebant

cuium est hoc pecus? cuium puerum hic aposuisti? Nunc dicimus cuius est hoc pecus, cuius puerum hic aposuisti?

Cuias, quod relatiuum est? per quod respondetur nominibus: uel patriæ, uel sectarũ, ut Italus, Græcus, Hispanus, Romanus, Venetus, Brixianus, Stoicus, Peripateticus, Epicureos: ut hic est Romanus ciuiates fuerunt Catones.

Quot omnis generis, & pluralis numeri, quod relatiuũ est per quod respondetur nominibus significantibus numerũ, siue quantitatẽ discretã. ut duo, tres, quatuor, decem, uiginti, centum, ducenti, trecenti, quadringenti, quingenti, mille: & similia. ut Meliboeus habebat mille oues, quot etiam Aegon. tot & totidem indeclinabilia, sunt eius redditiua.

Quotus quota quotum, quod relatiuũ est? per quod respõ detur nominibus significantibus ordinẽ, ut primus secundus tertius quartus quintus sextus septimus octauus nonus decimus uigesimus uel uicesimus, & similia. ut Tu es primus in hac ciuitate: quotus fuit tuus auus.

Quotus habet ne aliam significationem? maxime. quandoq; apud authores ponitur, per quod, ut Martialis. Dic quotus es? quanti cupias cœnare? nec unum.

Addideris uerbum mensa, parata tibi. Idest quot estis? quottecum habes. Interdum iungitur cum hoc distributiuo quisq;, ut Cicero pro Quinto Ligarius Quotus. n. istud qsq; feciſſet? Idest nullus, uel rarus. & Ouidius de arte amandi.

Forma dei munus. forma quota quæq; suberbit? idest nulla, uel rara. Interdum idem significat, quod minimos minimã minimum. ut idem Ouidius in Epistola Helenæ ad Paride. Et sequitur regni pars quota quẽq; sui, idest minima pars.

Quomodo dices. Io ho letto Vergilio tre uolte, come ti? Ego legi Vergilium ter quoties tu, uel ut tu.

Possumus ne loco relatiui ponere aduerbia similitudinis?

ut sicut ueluti, quemadmodum? maxime: Nã licet dicere. Sum albus, magnus, Venetus. Cesarianus, uigesimus, & Video de-cẽ homines, ut, uel sicut, quemadmodum, uel uti tu.

Aduerte quotuplex. quotuplex, quotẽnis, et quotenus nõ esse ponẽda inter relatiua? quia nusquã apud doctos inuenta sunt licet inueniãtur simplex, duplex, triplex, multiplex quæ nomina referunt spẽs, & formas. Inueniri ẽt noĩa significantia põdus, uel mẽsura, ut, simplus, duplus, triplus, decuplus cẽtuplus, & similia. Sic ẽt diuisiua per pares numeros, ut singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, deni, uiceni, centeni, et quæ annos significant. ut aniculus, bimus, trimus, quadrimus. hoc est unum annũ, duo, tres. quatuor annos natus, quæ dicuntur etiam de inanimatis, ut uinum trimum, quadrimum.

De distributiuis.

Quid est nomẽ distributiuũ? per quod fit distributio actionis, siue passionis. ut Omnis homo natura scire desiderat. Quisq; suos patimur manes. (& particulare.

In quot partes diuiditur distributiuũ? in duas, uniuersale

Quid est uniuersale, qđ ad oẽs pertinet, ut omnis cunctus quiuis, quisq;, quisquis, quicunq;, quilibet nullus, nemo.

Quid est particulare? quod ad quosdam pertinet.

Particulare in quot partes diuiditur? in duas. de plurib. & de duobus tantum.

Quæ sunt distributiua de pluribus? quis, quidam, aliquis quisnam, quisputas, alius quispiam.

Quæ sunt distributiua particularia de duob. alter, uter, uterq;, alteruter. uteruis, uterlibet, utercunq;, ambo, neuter.

Distributiua quo construuntur? cum gtõ plurali, uel cum abltõ cum his præpositionibus è, ex, de, uel etiam singulari collectiuorum nominum. ut, Nemo Discipulorum, uel ex Discipulis potest præceptorum laboribus satisfacere. Quidam

mei Gymnasij, uel ex meo Gymnasio optime discunt, plerique uero nihil curant literas.

Quæ sunt interrogatiua de duobus, & de pluribus? quis qui quæ, quod, & quid. ut, quis uestrũ, adeo temerarius fuit.

Quæ sunt interrogatiua de duobus tantũ? uter. utra, utrũ, ut Cæsar, & Põpeius prouinciã petunt, uter eorum obtinebit?

Quæ differentia est inter prius, & potius, & primum et potissimum? prius, & potius de duobus tantum ponuntur. Primum, & potissimus de pluribus.

Licet ne dicere? Vterq; Pãphili, & Charini erant in maxima solicitudine. Minime quia distributiuũ nomẽ? non põt habere post se, nisi gtũm pluralẽ, uel singularẽ nominis collectiui. Est igitur dicẽdũ. Vterq; Pãphilus, et Charinus ut ápud Terẽtiũ. uterq; pater, & mater stabãt ante hostiũ.

Alteruter, quid proprie significant? aut unũ, aut alterum. ut, Cicero in oratione pro. M. Marcello. Si in alterutro peccandum sit, malim uideri nimis timidus, quam parum prudens. i. aut in hoc, aut in illo.

Dic particulas, quæ iunguntur cũ quis, si, q;, putas, aliquam, nam, ne, nũ, en, piam. ut, siquis, quisq;. quisputas aliquis, quisquã, quisnam, nequis, nunquis, enquis, quispiam.

Inuenitur quisquis, & quicquid in nominatiuo, quicquid in accusatino, & quoquo in ablatiuo.

Dic particulas, quæ cõiunguntur cum qui dam, uis, cumque, libet. ut, quidam, quiuis, quicunq;, quilibet.

De patronymicis.

Quid est nomen patronymicũ? quod à proprijs nominibus patrũ, uel auorũ deriuatur, in des, quod masculinũ significat filium, uel nipotẽ, fœmininũ, uero filias, uel neptes. ut, Aecides. i. filius nel nepos Aeaci. Nereis filia uel neptis Nerei, Priamis filia, uel neptis Priami.

Patronymica formãtur ne ab alijs nominibus præterquã à nominibus proprijs patrum. uel auorũ? maxime, ſed abuſiue à matrib. ut, Iliades, Rhomulus Iliæ filius. A regibus ſiue conditoribus urbiũ ut, rhomulidæ. i. Romani à Romulo.

A fratribus. ut, phaetontiades. i. ſorores Phaetonis, cuius nominatiuus ſingularis eſt Phatontias.

Nomina Deorum formant ne Patronymicũ? minime ſed eorum loco poetæ utuntur poſſeßiuis. ut, Saturnius. i. filius Saturni. Saturnia, filia Saturni.

Quot ſunt terminationes Patronymicorũ? quatuor, una maſculinorum in des. ut, Priamides, tres uero fœmininorum in as, is, ne ut, Pelias, Priamis, Nerine.

Patronymica maſculina in des unde, & qũo formantur. ſi ueniunt à prima declinatione, formantur à gtõ abiecta e, diphthongi, & addita des. ut, Aeneas. Aeneæ. Aeneades. Pelias, Peliæ, Peliades, Corinetes tamen Corinetides facit. cum deberet facere Corinetades, et Anchiſes, Anchiſiades, Inueni tur etiam Aenides, tanquam ab hoc nomine Aeneus.

Patronymica, quæ ueniunt à nominibus ſecundæ declinationis unde & qũo formãtur? à gtõ, hoc mõ. Si gtũs definit in i, ſolum, additur des. ut, Priamus, Priami, Priamides. Si autẽ in duo ij, Poſterius, i, uertitur in a, & additur des, ut Mœnœtiuas Menœtij Menœtiade. Si uero in ei, uertitur ei, in, i, lon gum, additur des. ut, Peleus, Pelei, Pelides.

Patronymica, quæ ueniunt à tertia declinatione unde, & quomodo formantur? à datiuo, addita des, ut, Hector, Hectoris, Hectori, Hectorides.

Quot modis fit abuſio in formatione in Patronymicis apud Poetas? tribus, addittione literarũ. ut, Athlantiades, cũ deberemus dicere Athlantiades. Diminutione literarum ut, Scipiades, Deucalidcs, pro Scipionides, et Deucalionides. Mu

tatione literarũ ut, Titides, ab hoc noĩe Tideus, quod deberet facere Tidides, sed gratia euphoniæ mutauit, d, in t.

Patronymica fœmina in as, & in is, unde, & qũo formãtur? a suis masculinis remota, de, syllaba. ut, Peliades. Pelias. Priamides, Priamis. Præter ea quæ ueniunt à nominib. desinẽtibus in eus, quorũ patronymica fœminina desinũt in eis, uel is, ut, Pelus, Pelides, fecit fœmininum, Puleis, uel Pelis. Vnde etiam Vergilius in sui operis inscriptione dixit. Aeneidos liber primus, tanquam deductum ab hoc nomine Aeneus, non autem ab hoc nomine Aeneas.

Patronymica fœminina in, ne, unde formantur? non habent certam formationem, & pauca inueniuntur apud poetas, qualia sunt Nerine, Adrastine, Acrisione.

Patronymica masculina in des, & fœminina in ne, cuius declinationis? primæ. sed masculina faciũt gtũm in æ diphthõgũ. ut, Priamides, Priamidæ, fœminina uero in es. ut, Nerinæ Nerines, Sicut Penelope, Penelopes.

Patronymica fœminina in as, & in is, cuius declinationis tertiæ sed more græcorum quãdoq; faciunt genitiuũ in os, ac cusatiuum singularem in a. & accusatiuum pluralem in as.

Ntõ hic Priamides huius Priamidæ. huic Priamidæ hunc Priamidem græcè, uel Priamidam latine. O Priamides, uel Priamida, ab hoc Priamidæ, uel Priamida.

Pluraliter hi Priamide. horũ Priamidarum, uel Priamidũ. bis, & ab his Priamidis. hos Priamidas. O Priamidæ. Nominatiuo hæc Priamus. huius Priamidis, uel Priamidos. huic Priamidi. hanc Priamidem, uel Priamida. O Priamis, uel Priami. ab hac Priamide.

Plura. ntõ hæ Priamides. harũ Priamidum. his & ab his Priamidibus. has Priamides, uel Priamidas. O Priamides.

Ntõ hæc Pelias, huius Peliades, uel Peliados. huic Pelia-

di, hanc Peliadem, uel Peliada. O Pelias, uel Pelia, ad hac peliade. Plu. ntõ hæ peliades, harum peliadum. his, & ab his peliadibus. has peliades, uel peliadas. O peliades.

Nominatiuo hæc Nerine. huius Nerines. huic Nerine, hanc Nerinam. O Nerine, ab hac Nerine.

De uerbis deriuatiuis.

QVot sunt ſpecies uerborũ deriuatiuorũ? quinq;, Inchoatiua augmẽtatiua, deſideratiua, frequentatiua, & diminutiua.

De inchoatiuis.

QVæ ſunt uerba inchoatiua? quæ in ſo deſinunt, & inceptionem quandam actus corporei ſignificant. ut, Viſo. i. eo, et accingo me ad uidendum. Faceſſo. i. eo. ad faciendum, quod interdum etiam ponitur pro recedo. Capeſſo. ideſt Eo, & accingo me ad capiendum. Accerſo, uel accerſſo, Eo ad uocandum. & Laceſſo, quod ſignificat prouoco à lacio antiquo uerbo.

Inchoatiua fiunt ne ab omnibus uerbis? minime, ſed à paucis, quibus etiam nos uti poſſumus.

Inchoatiua, cuius coniungationis ſunt? tertiæ, & neutra ſunt. Inuenitur tamen Laceſsitus in ſignificatione paſsiua. ut, feci. Laceſsitus iniuria, id eſt prouocatus.

Interdum etiam ponuntur pro primitiuis. ut, Legati miſsi ſunt uiſcendi cauſa, ideſt uidendi.

Viſo	uiſis uiſi uiſum.	per metterſe andar à uedere
Faceſſo	ſis ſi. ca. ſu.	per metterſe andar a far, et per part.
Capeſſo	capeſsis capeſsi, ca. ſup.	per metterſe à pigliare
Accerſo	accerſis accerſiui, tum.	per andar à chiamare
Arceſſo	arceſsis arceſiui arceſitum.	idem ſig.

De Augmentatiuis.

QVæ ſunt uerba Augmentatiua? quæ in ſco deſinunt, & ſignificationem ſui primitiui augent. ut palleſco. ideſt ualde

palleo, Horreſco, ideſt ualde horreo.

Vnde, et quomodo formatur? à ſecunda perſona præſentis indicatiui modi cuiuſcunq; ſunt coniugationis addita co, ut Labo labas labaſco. Ferueo ferues ferueſco. Gemo gemis gemiſco. Dormio dormis dormiſco. Præter Hio hias, quod facit hiſco, cum deberet facere hiaſco.

Hæc uerba in ſco cuius coniugationis ſunt? tertiæ, & neutra ſunt, & carent proprijs præteritis, & ſupinis.

Palleſco palleſcis.	per impaledirſe grãdemente
Horreſco horreſcis.	per hauer grande paura.
Labeſco labeſcis	per ſcantinar grandemente
Freueſco freueſcis.	per bolire grandemente
Gemiſco gemiſcis.	per zemer grandemente
Dormiſco dormiſcis	per dormire aſſai
Hiſco hiſcis.	per auerzerſe.

De uerbis Deſideratiuis.

QVæ ſunt uerba Deſideratiua? quæ in rio deſinunt, & deſiderium ſignificant. ut, Parturio. i. cupio parere. Eſurio. cupio edere. Dicturio, cupio dicere.

Vnde & qũo formãtur uerba deſideratiua? à poſteriore ſupino, addita rio. ut, à cœnatu turio, à cacatu cacaturio.

Verba deſideratiua cuius coniugationis ſunt? quartæ, et ſunt neutra, ac interdum ponuntur pro ſuis primitiuis. ut,

Parturient montes naſcetur ridiculus mus, pro parient. & Micturiunt, pro mingunt. (turir.

Parturio, parturis, parturiui, parturitũ. per deſiderar de par

Eſurio	eſuris eſuriui eſuritum.	per hauer fame
Dicturio	dicturis dicturiui.	per deſiderar da dire
Cœnaturio	cœnaturis cœnaturiui.	per deſiderar da cenar.
Cacaturio,	cacaturiuis, riui.	per deſiderar d'andar del corpo.
Micturio	micturis micturiui	per deſiderar de urinar

QVæ ſunt uerba frequentatiua? quæ, ut, plurimum deſinũt in to, uel in tor: ſiue in xo, uel xor, ſiue inſo, & frequentem in agendo actum ſignificant, ut, Moto, ideſt frequenter moueo, Merſo. i. frequenter mergo.

Frequentatiua unde, & qũo formantur? à poſteriore ſupino mutata, u, in, o, uel in or, ut domitum domitu domito. Amplexum amplexu amplexor.

Si uero ſupinum primæ coniungationis habet, a, productã ante tu, tunc a, uertitur in i, correptam, & u, in o, ut imperatu, imperito. cœnatu, cœnito. uolatu, uolito.

At ſi præteritum in gi habeant, tunc formantur a ſecunda perſona præſentis indicatiui modi, remotis, & additato. ut cogo cogis cogito. ago agis agito. fugio fugis fugito: Præter lego, quod non facit legito, ſed lectito, à uerbo lecto lectas, quod non eſt in uſu.

Quæ ſunt Frequentatiua, quæ irregulariter formantur? hæc pauca. Quærito à quæro. Hæſito abhæro. Eſito ab edo Venitito à uenio. Fluito à fluo. Sector à ſequor.

Frequentatiua cuius coniugationis? primæ, & genus ſeruant ſuorũ primitiuorum. ut minor minaris, minitor minitaris. Amplector amplecteris, amplexor amplexaris. Curro curris, curſo curſas. Præter ſcitor, & ſciſcitor per reduplicationem primæ ſyllabæ, quæ ſunt deponentia, quamuis primitiuum Scio, actiuum ſit.

Moto motas motaui motatum. per mouer frequentamente
Merſo merſas merſaui merſatũ. per mergere frequentamẽte
Domito domitas domitaui tatũ. per domare frequentamente
Minor minitaris minitatus sũ. per menazar frequentamẽte
Imperito imperitas imperitaui imperitatum. per comandar frequentamente.

Cœnito cœnitas cœnitaui tatum. per cenar frequentemente
Volito uolitas uolitaui tatum. per uolar frequentamente
Cogito cogitas cogitaui cogitatum. per penſar, cioe frequentamente conſtrenzer la mente.
Agito agitas agitaui agitatum. per far frequentamente
Fugito fugitas fugitaui tatum. per fuzer frequentamente
Lectito lectitas lectitaui tatum per lezer frequentemente
Quærito quæritas quæritaui quæritatum. per cercar frequentamente.
Hæſito hæſitas hæſitaui hæſitatum. per accoſtarſe, & dubitar frequentamente.
Eſito eſitas eſitaui eſitatum. per manzar frequentamente
Ventito uentitas uentitaui tatum.per uenir frequentamente
Fluito fluitas fluitaui tatum. per ſcorrer frequentamente
Sector ſectaris ſectatus ſum. per ſeguitar de continuo
Amplexor amplexaris tus ſum. per abrazar frequentamẽte
Curſo curſas ſaui ſatum.per correr frequentamente
Scitor ſcitaris tus ſum. per cercar de ſaper con diligentia
Sciſcitor ſciſcitaris ſciſcitatus ſum. idem ſig.

De diminutiuis.

QVæ ſunt uerba diminutiua? quæ in lo deſinunt,& continuationem quandam actus per parua temporis momenta ſignificant.ut, Sorbillo, ideſt ſæpe guſtando ſorbitionem & potum continuo.ut,apud Terentium,Cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem.Sic Sugillo,ſugillas, a ſugo ſugis,ſic Scribillo à ſcribo,ſcribis,quæ plerunque etiam pro ſuis primitiuis ponuntur.
Diminutiua cuius coniugationis? primæ,& ueutra ſunt. & pauciſſima inueniuntur,nec habent certam formationem.
Sorbillo ſorbillas billaui tum. per ſorbire à poco à poco.
Sugillo ſugillas laui latum. per ſugar à poco à poco.

Scribilo scribilas scribillaui, scribillatum. per scriuere à poco à poco.

De Figuris.

Quid est figura? Vitium aliqua ratione excusatum, aut authoritate defensum, quod fit gratia ornatus.

Figura in quot partes diuiditur? in tres in figuram dictionis, quæ fit in sola dictione. In figuram constructionis, quæ fit in pluribus dictionibus. In figuram Elocutionis, quæ pertinet tum ad oratores, tum etiam ad poetas.

Quot sunt figuræ dictionis? quatuordecim. Prothesis, Epenthesis, Paragoge, Aphæresis, Syncopa, Apocope. Ectasis, Cystole, Diaresis, Synæresis. Sinalœphe, Ectlipsis, Antithesis, Metathesis.

Quid est Prothesis? est adiectio ad principium dictionis. ut, Gnatus, pro natus.

Quid est Epenthesis? est adiectio in medio dictionis, ut Induperator, pro Imperator.

Quid est Paragoge? est adiectio in fine dictiõis, ut dicier, pro dici.

Quid est Aphræsis? est ablatiuo de principio dictionis. ut, Legitis pro colligitis.

Quid est Syncopa? est detractio de medio dictionis. ut, Repostum pro repositum.

Quid est Apocope? est amputatio de fine dictionis. ut, fac. pro face.

Quid est Ectasis? est extensio breuis syllabæ. ut, Italiam facto. cum Italia primam naturaliter corripiat. unde Italiis ab eodem poeta corripitur. Saxa uocant Italis medijsq; influctibus arbs.

Quid est Systole? est correptio longe syllabæ. ut, Nimposius orion, cum primam orion naturaliter producat.

Quid est Diæresis? est unius syllabæ in duas solutio. ut, aulai pro aulæ.

Quid est Sæmæresis? est duarum syllabarum in una contra-

ctio, ut æripedem, pro æripedem.

Quid est Synalæphe? est cũ de fine dictionis, uocalis propter aliã sequentẽ eliditur. ut, Men' nceptos, pro mene incepto.

Quid est Ectlipsis? est elisio, m, literæ cum præcedente uocali de fine dictionis propter sequentem uocalem. ut, Mult' ille, pro multum ille.

Quid est Antithesis? est literæ pro litera positio. ut, olli pro illi.

Quid est Metathesis? est literarum trãspositio. ut, Tymbre, pro Tymber. At tibi Tymbre caput, Euandrius abstulit ensis. Pro Tymber.

De figuris Constructionis.

Quot sunt figuræ constructionis? octo. Prolepsis. Syllepsis. Zeugma, Synthesis, Antiptosis, Euocatio, Appositio, & Synecdoche.

De prolepsi.

Quid est prolepsis, quæ latinæ dicitur præsumptio? est attributio proprietatis alicui toti in suas partes diuiso, ut Aquilæ uolant, hæc altius. illa demissus. Artifices inuident aliis alij. Quot requiruntur in prolepsis? quinq; Totum partes eius. determinationes partium, proprietas, et ordo. s. ut, totum præcedat. & partes sequantur.

Quot modis fit prolepsis? duobus, explicita, & implicita.

Quæ est Prolepsis explicita? quæ habet suas quinq; partes expresse positas. ut, patet in primo exemplo.

Quæ est Prolepsis implicita? quæ non habet omnes suas partes expresse positas, sed aliquid subaudiendum est, ut, patet in secundo exemplo.

Quid est proprietas in his figuris? uerbum, uel adiectiuum.

De Syllepsi.

Quid est Syllepsis, quæ latinæ conceptio dici potest? est diuersarum dictionum sub plurali proprietate comprehensio. ut, Rex, et Regina iusti recte administrent regnum

leges,& plebiſcita coactæ tempore belli.

Quot modis ſit Syllepſis? quatuor, in genere, numero, perſona, & caſu.

Quo fit in genere? quando genus maſculinũ concipit fœmininũ, ut, Sponſus, & ſponſa formoſi mutuo ſe amãt. aut maſculinũ cõcipit neutrũ. ut, Dominus, & mancipia fortiſſimi pugnauerũt contra inimicos, aut fœmininum concipit neut. ut Fabulæ, et argumẽta ſunt aptæ ingenijs puerorũ.

Quandoq; neutrum concipit maſculinum, & fœmininũ gratia maioris dignitatis. ut, apud Saluſtium.

Bella inteſtina, cædes, rapinæ, ciuilis diſcordia, grata fuere.

Quo fit in numero? cum pluralis numerus concipit ſingularem. ut, Milites, & imperator fortiſſime ſe geſſerunt.

Quo fit in perſona? cum prima perſona concipit ſecundam et tertiam. ut, Ego, & tu, & Socrates, deambulamus. aut ſecunda concipit tertiam. ut, Tu, & Socrates deambulatis.

Quo fit in caſu, cum ntus cõcipit aliũ caſum. ut, Rhemo cum fratre Quirinus Iura dabuut. i. Quirinus, & Rhemus frater. aut cũ uerbum concordat cum abltõ cum hac præpoſitione cum, & ablatiuus concipit nominatiuum. ut,

Hanc tecum genitor cunctis celebrabitis aunis. i. Tu, & genitor celebrabitis. &, (Pelias diuellimur.

Iphitus, & Pelias mecũ diuellimur inde. i. Ego, et Iphitus, &

Quot requirũtur in ſillepſi? quinq;. dictio cõcipiẽs, quæ, ſemper eſt dignior. ut, Rex dictio cõcepta, quæ eſt minus digna, ut Regina, Copula, & proprietas iuſtiſſimi. & quod proprietas ſit nnmeri pluralis, & cõgruat cũ dictiõe cõci

Quot ſunt ſpecies Syllepſis? quæ directa, & ĩdirecta. (piẽte.

Quæ eſt directa? quæ fit per ſimiles caſus ut, Tu, & Socrates deambulatis.

Quæ eſt indirecta? quæ fit per diſſimiles caſus. ut,

Hanc

Hanc tecum genitor cunctis celebrabitis annis.

De Zeugmate.

Quid est Zeugma? est unius uerbi, uel adiectiui tam singularis quàm pluralis numeri uiciniori respondentis coniunctio, ut Cœli, & terra mouenda est, uel Cœli mouendi sunt, & terra.

Quot modis fit Zeugma? tribus genere, persona & numero.

Quomodo fit in genere? cum adiectiuum applicatur generi uiciniori, ut sponsus, & sponsa pudica laudatur.

Quomodo in persona? quando uerbum respondet uiciniori, Vt Ego Virgilium, tu Ciceronem, Cæteri uero Discipuli Terentium ediscunt.

Quomodo in numero? quando uerbum, uel adiectiuũ respondet, uiciniori, ut Milites, & Imperator fortissime pugnauit. Priamus, & filij miseri amiserunt regnum.

Quot requiruntur in Zeugmate? quinq;, diuersa substãtiua, copula, propietas et quod propietas cõcordet cũ uiciniori.

Quot sunt species Zeugmatis? tres Hyper Zeugma, cũ uerbum superponitur, ut Erraui, Ego, & tu, Meso Zeugma cum uerbũ in medio ponitur, ut Ego errari, & tu. Hypozeugma cum uerbum postponitur, ut, Ego, tu errasti.

Quid est Zeugma? Elocutionis clausula, in qua unum uerbum plures casus regit quod uerbum quandoq; præponitur, ut. Vicit pudorem libido, timorem audatia, rationem amentia. Quandoq; interponitur, ut.

Fluminibus salices, crassisq; paludibus alni.
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni.

Quandoq; postponitur, ut, Obsequium amicos ueritas, odiũ parit:

De Synthesi.

Quid est Synthesis? est congruitas dictionum, quæ non uocem, sed significatũ respicit, ut, Pars in frustra secant, &

gens armati uictoria sunt potiti.

Quot requiruntur in Synthesi? tria unum subiectum, una proprietas, & quod proprietas respondet significato, ut Anser fœta parit ouum.

Quot modis fit Synthesis? tribus, in genere tantæ, ut Centauro uehitur magna. in numero tantum, ut Turba ruunt in numero, & in genere simul. ut apud Vergilium in sexto.

Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi.

Fit etiam Synthesis per plura nomina singularia copula coniũcta. ut Scipio, & Lælius admirãtes de amicitia disserũt.

De Antiptosi.

Quid est Antiptosis? est clausula, in qua casus ponitur pro casu ita, ut antecedens conueniat in casu, cum relatiuo. ut Vrbem, quam statuo uestra est. & sermonem, quem audistis non est meus. & apud Terentium. Populo. ut placerent, quas fecisset fabulas.

Quot requiruntur in Antiptosi? tria, unum subiectum, ut urbem. una proprietas est, & quod casus ponatur pro casu. Dicimus etiã per uerbũ, ut It clamor Cœlo, pro ad cœlũ.

De Euocatione.

Quid est Euocatio? clausula in qua prima persona, uel secunda euocat ad se tertiam ut Ego Vergilius scribo. Tu Cicero oras. Nos præceptores utimur omni diligentia. Vos discipuli utimini omni negligentia, & quandoq; subauditur prima persona, posita tertia. Vt Troes te miseri uentis maria omnia uecti.

Oramus. i. nos Troes oramus.

Quot requiruntur in Euocatione? quatuor dictio euocans primæ, uel secundæ personæ, dictio euocata tertiæ personæ, proprietas, & absentia copulæ.

De Appositione.

Quid est appositio? est clausula, in qua duo substantia pronuntur sine copula, ita tamen, ut alterum ponatur & declarationem alterius, ut,

Miratur molem Aeneas magalia quondam,

Quid seruandum est in appositione? ut substantiua sint in eodem casu, licet possint esse diuersi generis. ut,

Fama malum, quo nõ aliud uelocius ullum. & diuersi nu. ut,

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Quot de causis fit appositio? tribus. prima gratia generalitatis restringendæ ut, animal, Equus currit. Secunda gratia euocationis remouendæ, ut, Comendi canem piscem.

Tertia causa proprietatis attribuendæ. ut, Cæsar Imperator liberalissimus deuicit Pompeium.

Quid est nomen æquiuocum, quod sub una uoce diuersa significat ut canis ponitur pro animali terrestri, pro signo cœlesti, & pro specie piscis.

De Synecdoche.

Quid est Synecdoche? est clausula. In qua proprietas quæ deberet adhærere parti, adhæreret toti. ut Aethiops albus dentes reliquos est niger, & hæc figura grammatice resoluitur, uel per habeo habes, uel per eius participium, ut, Mulier flaua comas nostro tempore placet omnibus, idest mulier habens comas flauas.

Quot modis fit Synecdoche? tribus modis per adiecti. ut,

Os, humerosq; Deo similis, per partic. ut, Dido uultũ demissa profatur, & per uerbũ. ut, expleri mentẽ nequit Dido.

Quot requiruntur in Synecdoche? tria totum. ut, Aethiops, proprietas, pars, quæ semper sit accusatiui casus ut dentes. Martialis tamen per ablatiuum dixit.

Crine, ruber, niger, ore, breuis pede, lumine læsus.

Quomodo fit Synecdoche Elocutionis? quando ponitur sin-

gularis pro plurali, ut, armato milite complent pro militibus armatis.

Hostis habet muros, pro hostes, uel pluralis pro singulari, ut, Cicero ad Brutum, Populo imposuimus, & oratores ulsi sumus.

De Heteroclitis.

Q Vid est nomẽ Heteroclitũ? quod aliter, quàm eius. Analogia postulat declinatur, hoc uas uasis tertiæ declinationis, hæc uasa uasorum, & secundæ.

Quot modis inuenitur nomen Heteroclitum? quatuor genere, numero declinatione, & casu.

Dic aliquot nomina masculina in singulari, & neutra in plurali.

Sibilus, ot cetus, cum tartara, Dindima, Aornus.

Supparus, infernus, & tenara, balnea iunge.

Et iocus, atq; locus, sic Menalus, Ismarus adde.

Hic sibilus sibili, hæc sibilia sibiliorũ si. el sibilar de i serpenti.

Hic cetus cẽti, hæc ceta cetorum. sig. una specie di pesce

Hic tartarus tartari, hæc tartara tartarorum. sign. un loco profundißimo de lo inferno.

Hinc dindimus dindimi, hæc dindima dindimorum. significa un monte di Phrygia.

Hic aornus aorni, hæc aorna aornorum. si. un lago d'Italia.

Hic supparus suppari, hæc suppara supparorum. signi. una sorte di ueste di lino.

Hic tenarus tenari, hæc tenara tenarorum. sig. un promontorio de Laconia.

Hic balneus balnei, hæc balnea balneorum, sig. il bagno.

Hic locus loci, hæc loca locorum, & loci locorum. sig. il loco,

Hic iocus, ioci, hæc ioca iocorũ, & ioci iocorum. sig. il trepo.

Hic menalus menali, hæc menala menalorum. sign. un monte de Archadia.

Hic ismarus ismari, hæc ismara ismarorum. sign. un monte de Thracia,

Dic aliquot nomina heteroclita in singulari fœminina, & in plurali neutra.

Carbasa, Rhetorica, sic altilis, atque suplex.
Pergamus, & Topica, simul arbutus, intyla, iungo.
Et zizania, Bucolica, atq; Georgica pascua, ceta.

Hæc carbasi carbasa si, hæc carbasa carbasorum, si. una spe-
cie de lino, & le uele.
Hæc Rhetorica Rhetoricæ, hæc Rhetorica Rhetoricorũ. sig.
la Retorica.
Hæc altilis, altilis, hæc altilia, horum altilium. sig. li animali
uolatili che se nutrisseno in li cortiui.
Hæc supelx supellectilis; hæc supellectilia supellectilium.
sig. la massaria de casa. (che Troiane.
Hæc pergamus pergami, hæc pergama pergamorũ, sig. le ro-
Hæc topica topicæ, hæc topica topicorum, sig. la topica, cioè
uno uolume, doue se tratta de li loci de li argumenti.
Hæc arbutus arbuti, hæc arbuta arbutorũ, sig. una spẽ d' arb.
Hæc intybus intybi, hæc intyba intyborũ. si. una spẽ d' erba.
Hæc zizania zizaniæ. hæc zizania zizaniorũ. sig. la discor.
Hæc bucolica bucolicæ. hæc bucolica bucolicorum si. la buco.
Hæc georgica georcicæ, hæc georgica georgicorum. sign. la
georgica.
Hæc pascua pascuæ. hæc pascua pascuorum. sig. el pascolo.
Hæc ceta cetæ. hæc ceta cetorum. sig. una specie di pesci.

Dic aliquot nomina heteroclita in singulari neu-
tra, in plurali masculina.

Cœlum, cum porro, filum, Argos, rastra, capistrum.
Frenum, frena tamen, sic rastra, & filia, leguntur.

Hoc cœlum cœli hi cœli cœlorum. sig il cielo
Hoc porrum porri hi porri porrorum. sig. el porro.
Hoc filum fili hi fili filorum, & hæc fila filorum, sign. el filo.

Hoc argos argi. hi argi argorum, sig. una città di Grecia.
Hoc rastrum rastri, hi rastri, & hæc rastra rastrorum, sig. il rastello, uno instrumento rusticano.
Hoc capistrum capistri, hi capistri capistrorum, sig. il ligame da ligar li cauali.
Hoc frenum freni, hi freni frenorum, sig. il freno
Dic aliquot nomina heteroclita in singulari neutra, & in plurali fœminina.
Est epulum, cepe, cum balnea, uesperе neutra.
Balnea sunt. balneq;
Hoc epulum, epuli hæ epulæ epularum. sig. le uiuande
Hoc cepe cepis hæ cepæ ceparum. sig. la cèuola
Inuenitur etiam hæc cepa cepæ.
Ouidius. Cædenda est hortis eruta cepa meis.
Hoc balneum balnei. hæ balneæ balnearum, & hæc balnea, balneorum, sig. il bagno.
Hoc uesper uesperis, hæ uesperæ uesperarum, sig. la sera
Inuenitur etiam hæc uespera, uesperæ.
Dic aliquot nomina carentia nominatiuis, & uocatiuis singularibus.
Hæc uicis, atq; necis, dapis, & precis, & ditionis.
Et frugis, lateris, cum uiscere, uerbis adde.
Genitiuo huius uicis si. la uicissitudine
Genitiuo huius necis si. la morte uiolenta
Genitiuo huius dapis si. la uiuanda
Genitiuo huius precis si. la preghiera
Genitiuo huius ditionis si. la signoria
Genitiuo huius frugis, si. ogni frutto, che nasce da la terra
Genitiuo huius lateris si. la pietra cotta
Genitiuo huius uisceris si. le parti interiori
Genitiuo huius uerberis si. la bastonada

Dic aliquot nomina heteroclita neutra carentia
genitiuis, datiuis, & ablatiuis pluralibus.

Os, es, mel, mares, rus, thus, uina, ac ordea dices.

Hoc os, oris hæc hora, inuenitur ẽt oribus, sig. la bocca
hoc æs, æris, hæc æra, sig. el metallo chiamato rame
hoc mel mellis hæc mella, sig. el mele
hoc mare, maris. hæc maria, sig. el mare
hoc rus, ruris, hæc rura, sig. la uilla
hoc thus, thuris hæc thura, sig. lo incenso
hoc uinum, uini, hæc uina, sig. el uino
hoc ordeum, ordei hæc hordea, sig. lo orzo

Dic aliquot nomina heteroclita masculina tantũ singulariter
Fumus, cum fimus. sanguis, cum puluere limus. (flexa
Aer, sal, pontus, Sol, Mundus, uiscus, & æter.

hic fumus, fumi, sig. il fumo
hic fimus, fimi, sig. il fango
hic sanguis, sanguinis sig. il sangue
hic puluis, & puluer, pulueris, sig. la poluere
hic limus, limi, sig. il fango
hic aer, aeris. sig. lo aere
hic sal, salis, sig. il sale
hic pontus, ponti. sig. il mare
hic sol, solis, sig. il Sole
hic mundus, mundi, sig. il mondo
hic uiscus, uisci, si. el uischio, inuenitur, hoc uiscum.
hic æther, ætheris. sig. il fuogo elementale

Dic aliquot nomina heteroclita fœminina
tantum singulariter declinata.

Lux, sitis. & tabes, mors, uita, fames quoq;, labes,
Gloria fama, salus, & pax cum lue, tellus.
Et proles, soboles, sic adde senecta, senectus.

Adde iuuenta, iuuentus.

Hæc lux,lucis. *sig. la luce*
hæc sitis,sitis. *sig. la sete*
hæc tabes,tabis. *sig. la marza*
hæc mors,moris. *sig. la morte*
hæc uita,uitæ. *sig. la uita*
hæc fames,famis. *sig. la fame*
hæc labes,labis. *sig. la machia*
hæc gloria. gloriæ. *sig. la gloria*
hæc fama,famæ. *sig. la fama*
hæc salus,salutis. *sig. la salute*
hæc pax,pacis. *sig. la pace*
hæc lues,luis. *sig. la peste*
hæc tellus,telluris. *sig. la terra,& la dea de la terra*
hæc proles,prolis. *sig. la progenie*
hæc soboles,sobolis. *idem sig.*
hæc senecta,senectæ. *sig. la dea de la uecchiezza*
hæc senectus,senectutis. *sig. la uecchiezza*
hæc iuuenta,iuuentutæ. *sig. la dea de la giouentu.*
hæc iuuentus,iuuentutis *sig. la giouentu.*

Dic aliquot heteroclita neutra tãtũ singulariter flexa.

Mana,solum,lethum,cœnum,pus,fas,fasq;,nefasq;.
Lacq;,salum,uirus,uer,æuum,adde necesse.
Et uulgus,pelagusq; ador,seniumq;.

hoc mãna *indeclinabile. sig. la manna.*
hoc solum,soli. *sig. la terra*
hoc letum,lethi. *sig. la morte*
hoc cœnum,cœni. *sig. el fango*
hoc pus *indeclinabile. sig. la puza*
hoc fas. *indeclinabile. sig. cosa licita*
hoc nefas. *indeclinabile. sig. cosa non licita.*

Hoc lac, lactis. *sig. el late*
hoc salum, sali. *sig. el mare*
hoc uirus. *indeclinabile. sig. il ueneno*
hoc uer, ueris. *sig. la prima uera*
hoc æuum, æui. *sig. la eta*
hoc necesse. *indeclinabile. sig. la necessita.*
hoc uulgus, uulgi. *sig. il uulgo*
hoc pelagus, pelagi. *sig. il mare*
hoc ador, adoris. *sig. la spelta.*
hoc senium, senij. *sig. la uecchiezza.*

Dic aliquot heteroclita masculina tantũ plura flexa.

Primates, proceresq;, sales, cani, atq; penates.
Atq; fori manes, liberi, superiq;, quirites,
Et Lemures, fasces, sic inferi sæpe uidebis.

hi primates horum primatum, sig. li principali de la citta.
hi proceres horum procerum, sig. li baroni
hi sales horum salium, sig. le facetie
hi cani horum canorum, sig. li capelli canudi
hi penates horum penatum, sig. li dei domestici
hi fori horum fororum, si. il spacio in mezo de le naue
hi manes horum manium, sig. le anime infernale
hi liberi. horum liberorum, sig. li figlioli, et figliole
hi superi horum superorum, sig. li dei superi
hi quirites, horum quiritum, sig. li Romani.
hi lemures, horũ lemurũ, si. le ombre che appareno di notte
hi faces, horum facium, sig. le uirghe consulare
hi inferi, horum inferorum, sig. li dei de lo inferno

Dic aliquot nomina fœminina tantum pluraliter flexa.

Inducię, latebræ, thermæ, indusq;, calendæ.
Manubiæ, nonæ, feriæ, cum mundinæ, nugæ,
Excubiæq;, facetiæ, opes, scalæq;, mineq;,

Exuuiæ,phaleræ,illecebræ,primitiæ iunges,
Inficiæ,insidiæ,inferiæ,exequiæq; notabis,
Reliquiæ,exquiliæ,blanditiæ,quisquiliæue.
Cum nuptijs,delitiæ,atq; diuitiæ,
Inuenies latebram feriamq;,
Hæ inducię,harũ inducierũ,sig.la tregua,cioè pace tẽporale
hæc latebræ,harum latebrarum. sig.le asconsione
hæ therme,harum termarum,sig.le stue
hæ idus,harum iduum,sig.li dì del mese
hæ calendæ,harum calendarum,sig.le calende del mese
hæ manubiæ,harũ manubiarũ,si.le spoglie che si togliono a li (inimici
hæ nonæ,harum nonarum, sig.le none del mese
hæ feriæ,harum feriarum,sig.le feste
hæ nundiæ,harum nundinarum, sig.le fiere & mercati
hæ nugæ,harum nugarum, sig.le zanze
hæ excubiæ,harum excubiarum, sig. le uigiliæ
hæ facetiæ,harum facetiarum,sig.le facetie in parole
hæ opes, harum opum. sig.le ricchezze
hæ scalæ: harum scalarum, sig.le scale
hæ minæ,harum minarum,si.le minaze,& le iminentie de li (muri
hæ exuuiæ,harum exuuiarum, sig.le spolie
hæ phalere,harum phalerarũ, sig. li ornamenti de i caualli
hæ illecebræ,harum illecebrarum, sig.li carezamenti
hæ primitiæ,harum primitiarũ, sig. li primi frutti de l'anno
hæ inficiæ,harum inficiarum,sig.le negationi
hæ insidiæ,harum insidiarum,sig.le insidie
hæ inferiæ,harum inferiarum: sig.le exequie de li morti
hæ exequiæ,harum exequiarum, sig. le exequie de li morti
hæ reliquiæ,harũ reliquiarũ, si.le reliquie,cioè auanzature
hæ exquiliæ,harum exquiliarũ, sig.una contrata de Roma
hæ blanditiæ, harum blanditiarũ, sig.le carezze.

hæ quiſquiliæ harum quiſquiliarum, ſi. li minuzamenti
hæ nuptiæ harum nuptiarum. ſi. le noze
hæ delitiæ harum delitiarum ſi. le delicanze
hæ diuitiæ harum diuitiarum ſi. le ricchezze

Dic aliquot heteroclita neutra tantum pluraliter flexa.

Mœnia cum pondo, præcordia, milia, & exta.
Ilia, cum caſtris, magalia, ſeria, Tempe,
Et cum carchesijs, mapalia, iungimus arma.
Feſtaq; diuorum, ſponſalia, ſingulariraro.
hæc mœnia horum mœnium, ſi. li muri de le città
hæc pondo horum pondo, ſig. le libre (auanti el core
hæc præcordia horũ præcordiorũ, ſi. certe mẽbrane, che ſtãno
hæc milia horum miliũ ſi. li miliari
hæc exta horum extorũ, ſi. le parte interiore de li animali
hæc ilia horum ilium ſi. li fianchi
hæc caſtra horum caſtrorum, ſi. li lozamenti de li ſoldati
hæc magalia horum magalium ſi. le caſe paſtorale
hæc ſeria horum ſeriorum ſi. le coſe graue
hæc tempe indeclinabile ſi. uno loco ameno de Theſſalia
hec carcheſia horum carcheſiorum, ſi. una ſpecie di taze, con
lequale ſi faceua ſacrificio appreſſo li antiqui.
hæc mapalia horum mapalium ſi. caſe paſtorale
hæc arma horum armorum ſi. le arme
hæc uulcanalia horum uulcanalium, ſi. le feſte de Vulcano
hæc neptunalia horum neptunaliũ, ſig. le feſte de Nettuno
hæc ſpõſalia horũ ſponſalium, uel ſpõſaliorum, ſi. li ſponſalitij

Dic nomen quod in ſingulari eſt tertiæ declinationis, & in plurali ſecundæ.

Vas, uaſis ternæ, uaſorum, uaſa, ſecundæ
Hoc uas uaſis hæc uaſa uaſorum, ſi. il uaſo
Dic nomen habẽs in ſing. tãtum tres caſus, & in plurali võs.

Vis,uim,uiq;, dabit, totum plurale tenebit:
Hæc uis hæ uires:harum uirium. fig.le forze.

Dic nomina habentia tantum ablatiuum singularem.
Spõte,& celte.tabi uero in gtõ,& tabo in abltõ solum inuenitur.
Sponte fig. de uolontà
Celte fig. uno scalpello in la sacra scrittura
Tabi,& tabo fig.la putredine.

Dic nomina carentia uocatiuis.
Quæ quærunt, quæ distribuunt, referuntq;, negantq;
Infinita quoq; casu caruere uocante.
Vt quis,quicunq;, qui, quisquam,& nullus.

FINIS.

TRACTATVS PRIMVS

IN QVO QVAM BREVISSIME ET apertißime potuimus, de quinque nominum declinationibus summatim egimus.

Prima declinatio per quot genera declinatur? tria mascu. ut,hic Aeneas. Fœmi. ut,hæc musa. Commune,ut hic & hæc Agricola.

Eadem regula in uersu.

Prima genus tantũ possit uariato triplex.
Masculinum,muliebre,simul commune teneto.

De Nominatiuo primæ declinationis.

Prima declinatio quot terminationes habet in ntõ singulari? quinq; a, breuem, quæ est tã latinorum, quã græcorum. ut,musa,as,es,e,productam, tantum græcorum. ut, Aeneas, Anchises. Penelope.am breuem tantum hebræorum, ut hic Adam & hic Abraam,quib.nominib. sacra scriptura utitur.

Eadem Regula in uerſu.

A. Rectis latijs, græciſq;, inflexio prima.
as es, græcis dat tantum ſumit & adam.
De genitiuo, datiuo, ſing. nominatiuo, & uocatiuo pl. in æ.
Quomodo facit in genitiuo, datiuo, ſingularibus, & nominatiuo, & uocatiuo pluralibus? in æ diphthongum, quæ terminatio eſt frequentiſſima.
Nomina græca in e longam faciunt genitiuum in es, ut hæc penelope, huius penelopes.
Antiqui dicebant aulai pro aulæ, & aurai pro auræ dicebant etiam hæc familia, huius familias, unde etiam dicimus pater familias.

Eadem Regula in uerſu.

æ diphthongum habet genitiuus. ſicq; datiuus.
Plurali numero ſic rectus, & quintus in æ ſunt.
Nomen in e, græcum ſemper dabit es genitiuo.
Aulai aurai, dixerunt ſæpe poetæ.
Nomen in a, purum dabit as, quandoq; ſecundo.
Hinc pater & mater familias ſæpe leguntur.

De accuſatiuo ſingulari.

Quomodo facit in accuſatiuo ſingulari? in am, ſemper in nominibus latinis, ut, Terra terram. Aqua aquam.
Sed nomina græca in as, maſculina quandoq; more græcorum faciunt in an, productam, ut hic æneas, hunc æneam. fœminina uero in a faciunt in an, breuem, ut hæc ægina, hanc æginan.
At nomina græca in es, & in e faciunt accuſatiuum in en, productam, ut, Hic Anchiſes hunc Anchiſen. Hæc Penelope, hanc Penelopen.

Eadem Regula in uerſu.

Aduerſat quartus, retinent, n, ſed nomina græca.

Aenean, Aeginan. Thysben, dicito Achaten.

De Vocatiuo singulari.

Quomodo facit uocatiuũ singularem? si nominatiuus desinit in as, productam, facit uocatiuum, in a, productam, ut, hic Aeneas o Aenea. Si desinit, in, a, breuem facit in, a, breuem ut, hæc Musa, o Musa. Si uero desinit in es, aut in e, facit uocatiuum in e, productam, ut, hic Anchises, o Anchise. Hæc Penelope, o Penelope.

Eadem Regula in uersu.

Quintus in, a, longa, est, si format in as, tibi rectus.
Idem corripitur, si rectus in, a, tibi fiet.
Si rectus tenet, es, aut, e, dabit, e, uocitanti.

De ablatiuo singulari.

Quomodo facit ablatiuum singularem? si nominatiuus desinit in as, aut in, a, facit ablatiuũ in, a, productam, ut, hic Aeneas, ab hoc Aenea. Hæc Musa, ab hac Musa, Si uero desinit in es, aut in, e, facit ablatiuum, in, e, productam, ut hic Anchises, ab hoc Anchise. Hæc Tysbe ab hac Tysbe.

Eadem Regula in uersu.

Rectus in as, aut, a, sexto dabit a tibi longam.
Si tenet, es, aut, e, longam dabit, e, tibi sexto.

De accusatiuo, Vocatiuo, & Ablatiuo, nominum desinentium in, am.

Nomina hebræa desinentia in, am, quomodo faciunt accusatiuum, uocatiuũ & ablatiuum? in, am, semper, ut hic Adam hunc Adam, o Adam, ab hoc Adam.

Verum omnia nomina hebræa propria apud eos indeclinabilia cuiuscunq; sint terminationis, possunt reduci ad declinationem latinam, ut Hic Adamus huius Adami.

Eadem Regula in uersu.

Adam dans Adæ genitiuo, sicq; datiuo.

Casibus in reliquis nunquam uariatur, at omne
Hebræum nomen poteris uariare latinæ.

De Genitiuo plurali.

PRima declinatio quomodo facit genitiuum pluralem? in arum. ut, musarum, & quandoque in um per Syncopen, quæ fit solũ in nominibus compositis & deriuatis. ut, cœli colum, pro cœlicolarum. Piramidum. pro piramidarum. Non inueniens musum, pro musarum.

Eadem Regula in uersu.

Arum, dat semper genitiuus, syncopa fiet.
Cœlicolum quandoq; ferens, pro cœlicolarum.
Non pro musarum, musum, dixere poetæ.

De datiuo & ablatiuo pl.

Quomodo facit datiuũ & ablatiuum plurales? in is productam ut his & ab his musis. Excipiuntur quædam nomina fœmina, quæ de usu faciunt in abus, & sunt hæc. Dea, filia, nata multa, equa, liberta, asina, Serua, & duæ duabus. & ambæ, ambabus. Eadem Regula in uersu.

Tertius, is, Sextusq; tenet, dea, filia, nata.
Mula, equa, liberta, ex usu formantur in abus.
Addere prædictis asinam seruamq;, memento.
Hisq; duæ numeri pluralis iungis & ambæ.

De accusatiuo plurali.

Quomodo facit accusatiuum pluralem? in as productam. ut has musas. & hos & has troiugenas.

Eadem Regula in uersu.

Pluralis dabit as, quartus sic prima patescit.

De secunda declinatione.

SEcunda declinatio per quot genera declinatur? per tria Masculinum, Fœmininum, Neutrum. ut hic Vir. hæc fagus hoc beneficium.

Eadem Regula in uersu.

Primum, fœmineum, & neutrum genus adde secunde.

De nominatiuo singulari.

SEcunda Declinatio quot terminationes habet in nominatiuo singulari? octo, quinq; nominum latinorum breues, er, ir, ur, us & um, ut, hic puer. hic Vir. Satur, hic Deus hoc templum, & tres græcorum, unam longam, eus, & duas breues. os, on, ut, hic Theseus, hæc Delos, hoc Ilion.

Eadem Regula in uersu.

Er, uel ir, urq;, refert latijs, us, umq;, secunda.
In græcis uerum tenet, eus: os onq; frequenter.

De Genitiuo singulari.

Quo facit in genitiuo singulari? in, i, productã, ut Deus, dei. quæ terminatio est frequentißima, sed nomina græca in eius. quandoq; more græcorũ faciunt in, eos, ut Theseus, huius Thesei, uel Theseos, & quædam nomina græce desinẽtia, in ως, in, ω, faciunt gtim, ut hic Androgeως, huius Androgeω: ut Ver. in sexto. In foribus lætum Androgeω.

Sed aduertendum est, quod nomina secundæ declinationis quæ desinunt in us, in um: in os: in on faciunt semper genitiuum patẽ syllabis nominatiuo, ut: hic dominus domini. Templum templi: delos deli. Ilion: Ilij. Quæ uero desinũt: in ir: in ur: in eius: superat rectũ in obliquis una syllaba: ut hic. Vir: uiri: satur saturi. Theseus, Thesei. Quæ uero desinunt in er: quandoq; faciũt obliquos pares recto: ut Magister magistri. Oleaster oleastri. Teucer Teucri. liber: libri. pro codice. Quandoq; obliqui superant rectum una syllaba: ut socer soceri. gener, generi. liber: liberi. pro Baccho: & pro uiro libero. Armiger: armigeri: & Armifer: armiferi: & multa alia inueniuntur apud Authores.

Eadem Regula in uersu.

i longam

i,longam genitiuus habet,cum flecto ſecundam.
Nomen in eus,græcum dat ei,uel eos,genitiuo.
Androgeos, etiam Androgeo dixere poetæ.
Nomen in us,uel in um,latium ſic græcula,quæ dant os.
Aut on,obliquos recto æquiparare notantur.
Nomen in ir,uel in ur,& eus ſuperat genitiuo.
Nomen in er,quandoque par eſt,quandoq; ſuperſtat.

De Datiuo,& Ablatiuo ſingulari.

Quo facit in dtõ, & abltõ ſingulari? ſemper in o, productã in nominibus latinis, ſed nomina græca in eus, quandoq; more græcorum faciunt datiuum in ei,ut Tideus,huic Tideo,uel Tidei. Orpheus,huic Orpheo,uel Orphei.

Eadem Regula in uerſu.

Tertius,& ſextus dant,o,ſed græcula dant,ei.
Tideo,uel Tidei poteris tu dicere:& Orphei.

De Accuſatiuo ſingulari.

Quomodo facit in actõ ſing? in um, quæ terminatio eſt propria nominum latinorum. Græca nomina,quæ deſinunt in os,aut in on,faciunt accuſatiuum in on, ut delos,hanc delon. hoc Ilion. quæ uero deſinunt in eus,faciunt accuſatiuũ in um,& in ea,ut hic Theſeus,accuſatiuo hunc Theſeum, uel Theſea. hic Orpheus, hunc Orpheum,uel Orphea,& Orpheon,quandoq; inuenies apud poetas.

Eadem Regula in uerſu.

Vm retinet quartus latius,ſed græcula dant on.
Theſea ſed faciet Theſeus,ſic Thidea,Thideus.
Orpheon interdum inuenies dixiſſe poetas.

De uocatiuo ſingulari.

Quo facit in uctõ ſing? Nomina, quæ deſinũt in er,in ir,ur, in um,& græca in on,faciunt uocatiuũ ſimilem nominatiuo ut hic liber,o liber. hic uir,o uir. ſatur,o ſatur. Tẽplũ

o templum. hoc Ilion, o Ilion, quæ definunt in us, aut in ius, modo sint appellatiua faciunt uocatiuum in e, ut hic Priamus, o Priamæ. hæc laurus, o laure. hic uicarius, o uicarie. hic ſiccarius, o ſiccarie. Propria uero definentia in ius, faciunt uocatiũ in, i, ut hic Mercurius, o Mercuri, hic Antonius, o Antoni. Excipiuntur quædam pauca uocatiuum facientia ſimilem nominatiuo, Deus, o Deus, hoc Pelagus, o Pelagus, populus, o populus. uulgus, o uulgus. fluuius, o fluuius. chorus, o chorus. agnus, o agnus, & o agne filius facit, o fili.

Nomina uero in eus, faciunt uctũm in eu, ut hic Theſeus, o Theſeu. Orpheus, o Orpheu. Eadem Regula in uerſu.

Er, uel ir, urq;, & um, ſic græcula, quæ dant on.

Efficient recto ſimilem ſemper uocitanti.

Nomen in us, uel ius, ſemper dabit e uocitanti.

Si proprium dat ius, recto dabit, i uocitanti.

Iulius, o Iuli, Mariusq;, Mari, docet iſtud.

Nomen in eus tollit, s. Orpheus, ſic facit Orpheu.

De Nominatiuo, & Vocatiuo plurali.

SEcunda declinatio quo facit in ntõ, & uctõ pluralibus? in, i, productam, quando ſunt generis maſculini, aut fœminini, ut hic populus, hi populi, o populi. hæc laurus, hæ lauri, o lauri. Nomina uero neutri generis in omni declinatione faciunt nominatiuum, accuſatiuum, & uocatiuum in a, ut hoc templum hæc templa, acccuſatiuo hæc templa, o templa.

Eadem Regula in uerſu.

Rectus, uel quintus pluraliter, i. retinebunt.

Maſculei generis ſi ſint, uel ſint muliebris.

Caſibus in terris neutralia ſed retinet a. De gtõ plurali.

Quomodo facit in genitiuo plurali? in orum, ut deorum nummorum, & quandoque in um, per ſyncopem, ut deum pro deorum, & nummum pro nummorum.

Eadem Regula in uerſu.

Plurali numero genitiuus finit in orum.
Sed nummum atq; uirum faciet ſyncopa ſæpe.

De Datiuo, & Ablatiuo plurali.

Quo facit in datiuo, & Ablatiuo plurali? in is, productam ſemper, ut his tẽplis. ab his templis. Excipiuntur duo, & ambo quæ heteroclita faciunt duobus, & ambobus.

Eadem Regula in uerſu.

Is, ablatiuus longam tenet atq; datiuus.
Ambo dat ambobus: faciet ſic duo duobus.

De Accuſatiuo plurali.

Quomodo facit in accuſatiuo plurali? in os, productã ſi ſunt generis maſculini, & fœminini, ut hic filius, hos filios. hæc laurus, has lauros, Si ſunt generis neutri faciunt in a, ut dictum eſt. Eadem Regula in uerſu.

Os retinet quartus, neutralia ſed tibi dant a.

De nominibus tertiæ declinationis.

TErtia declinatio per quot gener declinatur? per omnia; ſcilicet maſculinum, fœmininum, neutrum, commune, omne promiſcuum, & incertum, ut hic pater, hæc mater. hoc corpus. hic, & hæc homo, hic, & hæc, & hoc fœlix. hic accipiter, hic, uel hæc finis.

Quot terminationes hẽt in ntõ ſingulari? multas, & uarias circiter ſeptuaginta, quæ ordine breuiter ſubſcribentur.

Eadem Regula in uerſu.

Tertia quippe genus uariatio continet omne.
Pluribus ipſa modis finitur in ordine dicam.

a, breue, ut hoc poema, poematis.
ĕ, breuem, ut hoc cubile, cubili.
i, productam, ut hoc ſinapi indeclinabile.
y, pſilon, ut hoc Moly, Molyos una ſpecie de herba.

o,commune,ut hic sermo,sermonis.
ac,breue,ut hoc lac,lactis.
ec,productam,ut hæc alec,alecis.
id,breuem,ut hic Dauid,Dauidis,uel Dauid.
ud,breuem,ut hic,Bogud,Bogudis,rex maurorum.
El productam,ut hoc animal,animalis.
el correptam,ut hoc Mel,Mellis.
il,correptam,ut hic,& hæc Vigil,Vigilis.
ol,productam,ut hic Sol,Solis.
ul,correptam,ut hic Consul,Consulis. (declinabile
am,correptam,ut hic,& hæc,& hoc nequam nomen in=
em,correptam,ut hi,& hæ,& hæc totidem, nomen indecli=
im:correptam:ut hoc Cim.nomen uici (nabile
an,productam:ut hic Titan,Titanis.
en:breue:ut hoc Carmen:Carminis.
en:productam:ut hæc Syren,Syrenis.
in:productam:ut hic Delphin:Delphinis.
on,productam:ut hic Sinon:Sinonis.
ar:correptam:ut hoc Calcar:Calcaris.
er:correptam:ut hic:& hæc pauper:pauperis.
yr:per psilon correptam:ut hic: & hæc martyr:martyris.
ur:correptam:ut iecur:huius iecoris:& iocinoris.
as:productam:ut hæc pietas:pietatis.
as:correptam:ut hæc Pallas:huius Palladis.
es:productam:ut hic Achilles:Achillis.
es:correptam:ut hic:& hæc milles:militis.
is:correptam,ut hic panis:panis.
ys:pery: psilon correptam: ut hæc erinnys:erinnyos:uel nys
os:productam:ut hic:& hæc Sacerdos:Sacerdotis.
os,correptam:ut Compos:Compotis.
us:productam:ut hæc Virtus:Virtutis.

us, corrèptam ut hoc Corpus, Corporis.
aus productam, ut hæc Laus, Laudis.
ans, productam, ut hæc glans, glandis.
ens productam, ut hic dens, dentis.
yns, productam, ut hæc Tiryns, Tiryntis, nomen urbis.
ons, productam, ut hic fons, fontis.
uns. productã, ut hic Aruns, Aruntis, nomẽ proprium uiri.
ars, productam, ut hæc pars, partis.
ers, productam, ut hic, & hæc, & hoc iners, inertis.
ors, productam, ut hic, & hæc, & hoc uecors, uecordis.
urs, productam, ut hic, & hæc, & hoc tiburs, tiburtis
uls, productam, ut hæc puls, pultis.
emps, productam, ut hæc hyems, hyemeis.
abs. productam, ut hæc trabs, trabis.
ebs, productam, ut hic, & hæc celebs, celibis.
ybs, productam. ut hic calybs, calybis.
obs, productam, ut hæc ſcrobs, ſcrobis.
urbs, productam, ut hæc urbs, urbis.
abs, prodoctam. ut hæc daps, dapis.
eps, productam, ut hic, & hæc auceps, aucupis,
irps, productam, ut hæc ſtirps, ſtirpis.
ybs, productam, ut hic cinyps, cinypis.
ops, productam, ut hic, & hæc, & hoc inops, inopis.
et correptam, ut hoc nepet, nomen ubis indeclinabile
ut, correptam, ut hoc caput, capitis.
ax, productam, ut pax, pacis.
ex, productam, ut hic rex, regis.
ix, productam, ut hæc pix picis.
yx, per ypſilon correptam, ut hæc ſtys, ſtygis.
ox, productam, ut hæc nox noctis.
ux, productam, ut hæc nux nucis.

alx productam, ut hæc falx, falcis.
anx productam, ut hæc lanx, lancis.
unx productam, ut quicunx, quicuncis.
ynx productam, ut hæc lynx, lyncis.
arx productam, ut hæc arx, artis.

De Genitiuo ſing.

Quomodo facit genitiuum ſingularem? in is, correptam, quæ terminatio propria eſt nominum latinorum.

Nomina græca quandoq; more græcorum faciunt genitiuum in os, ut Pallas, Pallados. Phyllis, Phyllidos.

Nomina græca in ω, faciũt gtiũm in us, ut calypſo, calypſus, mãto, mãtus. ſapho, ſaphus. Sed penultima genitiui modo producitur. ut hic ſermo, ſermonis, modo corripitur. ut hic & hæc homo, hominis. et multæ aliæ mutationes fiũt literarũ: quæ magis exuſu, et multa lectione poetarum intelligũtur. quia ex regulis, de quibus tamẽ Priſcianus copioſus Grãmaticus copioſe tractat, & omnia authoritate poetarũ et authorũ cõprobat, & nos hoc idẽ in ſecundo tractatu de generibus tangemus.

Eadem Regula in uerſu.

Is, genitiuus habet, uariat penultima ſepæ.
Lectio multa docet, magis id quàm regula multa.
Inuenies in is, atq;, os, tu nomina græca.
Hinc ſphingis, ſphingos dixerunt ſepæ poetæ.
Et manto faciet mantus, ſic nomina quæ dant ω.

De Datiuo ſingulari.

Quomodo facit in datiuo ſingulari? in, i, ſemper & formatur à genitiuo ſubtracta, s, ut hoc cubile, cubilis, cubili, ſic etiam nomina græca, ut Pallas Pallados, Palladi.

Eadem Regula in uerſu.

Tertius, i, recipit, ſublata, s, fine ſecundi.
Græcula ſic faciunt, faciet ſic Palladi, Pallas.

Quo facit in actõ singulari? em quæ terminatio est frequẽtissima, & sic faciunt omnia nomina latina, quæ sum masculina, fœminini, & communis generis, ut frater, fratrem, soror, sororem hic & hæc ciuis: hunc, & hanc ciuem.

Nomina uero neutra cuiuscunq; sint terminationis semper faciunt accusatiuum, & uocatiuum similem, ntõ ut hoc æquor, accusatiuo hoc æquor. uocatiuo o æquor.

Nomina græca tertiæ declinationis quandoq; more latinorum faciunt in em, & quandoq; more græcorum faciunt in a, ut hic Hector, actõ hunc Hectorem, uel Hectora, hæc Pallas, actõ hanc Palladem, uel Pallada.

Nomina uero græca in is, aut in ys, facientia, accusatiuũ in, aut yn, apud latinos faciunt in im, & in ym, ut Carybdis Carybdim. Erynnis Erynnin, & Erynnin.

Quædã nomina latina desinẽtia in is, faciunt actũm in em & in im. ut hæc turris, hanc turrem, uel turrim, puppis, puppẽ, uel puppim, securis, securem, uel securim. nauis, nauem, uel nauim, & multa alia apud authores inueniuntur.

Eadem Regula in uersu.

Em retinet quartus, si uis declinare latina,
Græca sed in a, faciunt hinc Hectora dices.
Tres similes casus sortiri neutra memento.
Græcula quæ dant in, ad, im, uertere latini.
Hincq; parim, dices, & erinnym: sæpe caribdym.
Em, poscunt atq; im, Turris, pupisq;, securis.
Et restis, nauis, prædictis, iungito clauis.

De uocatiuo singulari.

Quo facit Vocatiuum singularem? semper similem recto in nominibus latinis. At nomina græca, in as, & in es, & in is, sæpe abijciunt, s, retinent uocalem nominatiui. ut Pallas,

o Palla. Cremes o Chreme. Phyllis, o Philli.

Eadem Regula in uersu.

Par recto fiet quintus, declinando latina.
Græca sed, s, tollunt, ut Chreme, Palla, amarylli:

De ablatiuo singulari.

Quomodo facit in ablatiuo singulari? in e correptam quæ terminatio est frequentissima in omnibus generibus, & terminationibus tertiæ declinationis.

Sed nomina neutra desinẽtia, in e, al, et ar, & nomina adiectiua habentia neutrum in e, & quædam nomina mensiũ desinentia in is, & in ers & omnia nomina quæ faciunt actiuũ in im, faciunt abltũm in i, ut hoc cubile, ab hoc cubili. hoc animal, ab hoc animali. hoc calcar, ab hoc calcari. hic, & hæc fidelis, & hoc fidele, ab hoc, et ab hac, et ab hoc fideli. hic Aprilis, ab hoc Aprili. hic Nouember, ab hoc Nouembri, hæc sitis, hanc sitim, ab hac siti. Similiter quæ faciunt accusatiuum in em, & im, faciunt ablatiuum in e, et in, i, ut puppis, puppẽ, et puppim, ab hac puppe, uel puppi, ignis facit igne uel igni.

A neutris desinentibns in ar, excipiuntur quatuor nomina, quæ faciunt ablatiuum in e. Iubar, Iubare, nectar, nectare. far, farre. Hepar, Hepate.

Omnia nomina adiectiua trium generum cuiuscunq; sunt terminationis, quæ non habeant neutrum in e, faciunt ablatiuum in e, & in i: ut hic, & hæc, & hoc audax: ab hoc, & ab hac: & ab hoc audace, uel audaci. hic, & hæc, & hoc fœlix, ab hoc, ab hac, & ab hoc fœlice, uel fœlici: & multa id genus apud authores inueniuntur.

Eadem Regula in uersu.

Sextus in e, finit plerunq;. at nomina neutra,
Quæ retinente, uel ar: uel al: i: finire memento.
Quodq; adiectiuum per e: neutrum format: & illa.

Im, quæ finierint quartum, Sextilis, Aprilis.
Quintilis September. Item, Octoberq;, Nouember.
At Iubar, & nectar, sic far, esumit & Hepar,
Omne adiectiuum ternæ dabit i, uel e. Sexto.

De Nominatiuo, Accusatiuo, & Vocatiuo plu.

TErtia declinatio qũo facit in ntõ actõ, uocatiuo pluralibus? in es, productam semper, si sunt generis masculini, fœminini, & cõis. ut patres, matres, homines. Nomina uero neutra semper faciunt in a, breuẽ, ut hoc Carmen pluraliter hæc carmina, actõ hæc carmina, uocatiuo carmina. Nomina quæ faciunt gtũm plurálem, in ium, faciunt quandoq; accusatiuũ in es & in eis. productam. ut hic & hæc omnis, & hoc omne gtõ horum, & harum & horum omnium. accusatiuo hos & has omnes, uel omneis, & hæc omnia.

Eadem Regula in uersu.

Primus pluralis, quartusq;, & quintus in es, sunt,
A tribus his semper tibi dant neutralia cuncta.
Finiet eis, quartus, cum ium genitiuum habebit.

De Genitiuo plurali.

Quomodo facit in gtõ plurali? quandoq; in um, solum, quandoq; in ium, & quandoq; in um, & ium, simul.

Quæ sunt nomina facientia solũ in um? quæ faciunt abltũm singularem solum in e, ut à patre patrũ à matre matrum à corpore corporum à paupere pauperum.

Excipiuntur nomina desinentia in ons, quæ quamuis faciant abltũm in e, faciunt genitiuum in ium. ut fons a fonte fontium, mons à monte montium. pons à ponte pontium. frons à fronte frontium, frons à fronte frondium, sons sontium, insons insontium, & c. id genus.

Quæ sunt nomina faciẽtia gtũm. pl. solũ in ium? quæ faciunt abltũm in i, uel in i, et in e, ut hoc, monile, ab hoc monili

horũ monilium. Hic & hæc & hoc fœlix ab hoc & ab hac et ab hoc felice uel felici. horum & harum & horum felicium, & nomina habentia gtũm parẽ ſyllabis ntõ. ut Cædes cædis à cæde cædium, Collis a colle collium. Iuuenis tamen facit iuuenum panis panum, & canis canum.

Excipiuntur à prædicta regula uetus, uigil. memor. ſuplex, artifex, opifex quæ quamuis terminent ablatiuum in e. & in i: tamen faciũt gtũm pluralẽ in um ut ueterum. uigiliũ. memorum. ſupplicum. artificum. opificum.

Quæ ſunt ea quæ faciunt gtũm pluralẽ in um uel in ium, participia deſinentia in ans uel in ens, & nomina deſinentia in ens. quæ faciunt abltũm in e, uel in i, ut hic & hæc & hoc amãs ab hoc amante uel amanti. gtõ horum & harũ & horũ amantum uel amantium, legens legentum uel legentium, ſapiente ſapientum uel ſapiẽtium. prudens prudentum uel prudentium, demens dementium uel dementium.

Nomina græca in a, faciũt in um & quãdoq; in ων, more græcorũ, ut Epigrãma, Epigrãmatum, uel Epigrammatωn.

Eadem Regula in uerſu.

Nomen e, dans ſexto, plerunq; dat genitiuo.
Nomen at, ons, retinens in ium, finire notatur.
I ſolam uel e coniunctam ſi ſextus habebit,
Tunc & ium genitiuus habet, ſed demito ab ipſis.
Suplex, atq; uetus uigil. & memor addito dictis.
Hoc opifex nomen, nanq; um, tribue ſecundo.
Finiat, i, uel e, quamuis tibi ſextus eorum.
Rectus in ans, aut ens, dabit um, nel ium. genitiuo,
I, uel e, ſi ſextus retinebit nomina græca.
Vm, præter noſtrum: per & ων fecere ſecundos.

De datiuo & ablatiuo pluralibus.

Quũo facit in genitiuo & ablatiuo pluralibus? in ibus: &

formatur a genitiuo singulari interiecta. bu. in ultima syllaba. ut patribus. matribus. hominibus.

Excipitur bos quod deberet facere couibus. & fecit bobus uel bubus. & nomina græca quãdoq; faciunt in is: ut poema poematis. Eadem Regula in uersu.

Tertius & sextus in ibus finire notantur,
Sed tu pro bouibus, bobus, bobusq; teneto.

Nomen in a: græcum, dabit. is. quandoq; latinis.

De quarta declinatione.

QVarta declinatio p quot genera declinatur? tria, masculinũ, fœmininũ, neutrũ: ut hic currus, hæc anus, hoc genu.

Eadem Regula in uersu.

Primum: fœmininum, neutrum, dat flexio quarta.

De nominatiuo singulari.

Quarta declinatio quot terminationes habet in nominatiuo singulari, duas, us correptam, & u, producta, ut hic fructus, & hoc Verum.

Eadem Regula in uersu.

Vs tibi quarta dabit. recto. neutralia dant u.

Quo facit in gtõ singulari? in us, productã semper si nominatiuus definit in us, sed nomina definentia, in u, faciunt genitiuum, in u, & alios casus singulares.

Eadem Regula in uersu.

Rectus in us: quartæ dabit us, longam genitiuo.
Nomen in u, numero nunquam uariatur in uno.

De datiuo, accusatiuo, uctõ. & ablatiuo singularibus.

Quo facit datiuum? in ui. accusatiuum? in um: uocatiuum? in us, similem nominatiuo ablatiuum? in u. ut huic Senatui, hunc Senatum, o Senatus. ab hoc Senatu.

Eadem Regula in uersu.

Poscit, ui, ternus. quartus dabit um, uocitansq;.

Est similis recto. Sextus dabit, u, uariando.

De Nominatiuo, Accusatiuo, & Vocatiuo pluralibus.

QVarta declinatio quo facit nto, acto, & uocatiuo pluralibus? in us, productam quando nominatiuus desinit in us, ut, hi fructus, hoc fructus, o fructus. Sed neutra faciunt in a, ut, hoc cornu. hæc cornua hæc cornua, o cornua.

Eadem Regula in uersu.

Vs, recto plurale dabit, quarto quoq; quinto.
Tres sed ab, u, casus plurales sumere dic, a.

De genitiuo plurali.

Quomodo facit in genitiuo plurali? semper in, uum, ut, genitiuo horum, fructuum, genitiuo horum cornuum.

Eadem Regula in uersu.

Fert genitiuus, uum, nunquàm te Regula fallit.

De Datiuo & Ablatiuo pluralibus.

Quomodo facit dtum & ablatiuum plurales? in, imbus ut his & ab his fructibus. his & ab his cornibus.

Sed quædã nomina differẽtiæ causa faciunt datiũ, & ablatiuum in ubus, ut. hic artus, artubus. quia ars facit artibus hic arcus, arcubus. quia arx facit arcibus. hic partus partubus. quia pars facit partibus, & lacus sine ulla differentia facit lacubus. tribus tribubus, ficus ficubus: portus portubus. hæc acus, acubus hæc quercus quercubus. hæc specus, specubus, & quæstus pro quærela quæstubus. quæstus uero pro lucro quæstibus, dicitur hic euentus, sicut hic uisus, & hoc euẽtũ euenit. et hic uisus, et hoc uisum. et ueru facit uerubus.

Eadem Regula in uersu.

Ternus imbus, format. sextum sociare memento.
Sicq; manus manibus, fructus uel fructibus edit.
Quæ tamen, u, seruant paucis aduerte docebo.
Artubus. hic artus uariat, non artibus autem.

Ars,artis quoniam facit artibus in uariando.
Arcubus,arcus item flectit,quando arcibus edit
Arx,arcis. Partus dat partubus,aut tibus autem.
Pars partis,quoniam plurali partibus addit:
Præterea lacubus,lacus hic,tribubus,tribus hæc dat.
Ficubus hæc ficus,portus quoq; portubus edit.
Hæc acus,his acubus,quercus his quercubus effert.
Hic aut hæc ſpecubus,ſpecus edere debet ubiq;.
Quæſtubus hic quæſtus,flectit ſignando quærelam.
Pro lucro faciet quæſtus tibi quæſtibus uſq;.
Euentus ueluti uiſus uariabitur,& ſic
Iuſſus,& euentum,& iuſſum ſæpe uidebis.
Euenti,inuenies,euenta,& iuſſa notabis.

De quinta declinatione.

Quinta declinatione per quot genera declinatur? tria maſculinum, fœmininum, & incertum. ut hic meridies. hæc acies. hic uel hæc dies. ſed plerunq; ſunt generis fœminini.

Eadem Regula in uerſu.

Quinta genus triplex fert maſculeum, muliebre.
Incertum iungas,muliebria plurima cernes.

De Nominatiuo ſingulari.

Quinta declinatio quot terminationes habet in nominatiuo ſingulari? unam,es,productam,ut hæc fides, fidei.

Eadem Regula in uerſu.

Nomen in,es,longam quintæ finire docemus.

De genitiuo,& datiuo ſing.

Quo facit in gtō & datiuo ſingularibus? in,ei,ſed aduerten dū eſt quod ſi cōſonans præceſſerit, es in recto facit in ei, correptā, ut,hæc fides. huius fidei huic fidei. Si uero præceſſerit uocalis,facit ī ei,productā,ut,hæc facies. huius ſaciei. huic facici,antiqui dicebāt etiā hæc acies. huius acies,

& hæc fides, huius fide. Eadem Regula in uersu.

Dat genitiuus, ei semper simulatq; datiuus.
Consona præcedens recto dat, ei breuiatum.
Hincq; fides fidei semper formare uidemus.
At si præcedat uocalis, longa manebit.
Ostendit facies, faciei, siue diei.
Hæc acies huiusq; acies dixere uetusti.
Profideiq; fide inuenies dixere poetas

De *Accusatiuo, uocatiuo, & Ablatiuo singularibus.*

Quomodo facit in accusatiuo? in, em, correptam. in uocatiuo? in, es. productam, in ablatiuo? in, æ, productã. ut, hanc rem, o res, ab hac re.

Eadem Regula in uersu.

Quartus in, em, finit, quintus recto similiatur.
Ablatiuus in, e, productam finiet usq;

De *Nominatiuo, Genitiuo, Datiuo, Accusatiuo, Vocatiuo, & Ablatiuo pluralibus.*

Quinta declinatio quomodo facit nominatiuum, uocatiuum, & accusatiuum plurales? in es, ut hæres. has res o res. genitiuum? in erum, ut, harum rerum. datiuũ & ablatiuũ? in ebus. ut, his ab his rebus. Sed multa nomina quintæ declinationis carent, genitiuo, datiuo, & ablatiuo pluralibus.

Eadem Regula in uersu.

Sunt similes recto primæuo tres bene casus.
Ast ablatiuo, rum, iungere uult genitiuus.
Tertius & sextus pluralis finiet ebus.
Plurima sed quintæ fugiunt tres nomina casus.

FINIS.

SECVNDVS TRACTATVS

In quo non minus dilucide, quam breuiter de Generibus Nominum Egimus.

Prima Regula Communis.

VPPITER, *cuius generis? Masculini. quare? quia omnia nomina Deorum, et Virorum cuiuscunque sint terminationis sunt generis mascu. ut hic Iuppiter, Apollo, Cæs. Cat.*

Secunda Regula.

IVno *cuius generis? fœminini. quare? quia omnia nomina dearum, & mulierum cuiuscunq; sint terminationis, sunt generis fœminini, ut hæc Iuno, Venus, Glycerium, Penelope.*

Tertia Regula.

POntifex, *cuius generis? masculini. quare? quia omnia nomina, quorum significatio ad mares tantum pertinet, masculini sunt generis, ut hic Pontifex, Cardinalis. Episcopus, Antistes, Consul, Prætor, Nauta, Cerdo.*

Hic Pontifex, Pontificis	*sig.lo Papa*
Hic Cardinali Cardinalis	*sig.lo Cardinale*
Hic Episcopus Episcopi	*sign.lo Vescouo.*

Hic antistes. antistitis. si. ogni presidẽte a le cose ecclesiastice.

Hic Consul Consulis	*sig.lo Consule*
Hic prætor prætoris	*sig.lo Podesta.*
Hic Nauta Nautæ	*sig.lo Marinar.*
Hic Cerdo Cerdotis	*sig.lo Artesan.*

Quarta Regula.

MVlier, *cuius generis? fœminini. q?q. omnia nomina quorum significatio, ad fœminas tantum pertinet, fœminini sunt generis, ut hæc mulier, puella, saga. pronuba.*

Hæc mulier	mulieris	*sig.la donna.*

hæc puella, puelle. ſig. la puta
hæc ſaga, ſagæ. ſig. la uecchia ſacente à far incantamenti.
hæc pronuba, bæ. ſigni. quella che è ſopra al matrimonio.

Quinta Regula.

DVx, cuius generis communis. quare? quia omnia nomina quorũ ſignificatio & ad mares & ad fœminas pertinent ſunt communia duum generum, ut hic & hæc dux, miles, comes, homo, nemo, ciuis, canis.

Hic & hæc dux, ducis. ſi. lo capitanio & la capitania
hic & hæc miles, militis. ſi. lo ſoldato & la ſoldatrice
hic & hæc comes, comitis ſi. lo compagno & la compagna.
hic & hæc homo, hominis ſi. lo homo & la donna
hic & hæc nemo, neminis ſi. neſſun homo, & neſſuna donna
hic & hæc ciuis, ciuis ſi. lo cittadino & la cittadina.
hic & hæc canis, canis ſi. lo can & la chizza.

Sexta Regula.

Bonus, cuius generis? maſculini. qua? quia prima quæq; uox adiectiui eſt generis maſculini. ſecunda fœminini. tertia uero neutri ut, bonus, bona, bonum. & ſic de omnibus adiectiuis trium uocum.

Septima Regula.

FIdelis cuius generis? cõis duum generum. quare? quia prima quæq; uox adiectiui, cui duæ ſunt uoces cõis eſt duum generum, ut, hic & hæc fidelis hic & hæc pulchrior, altera uero eſt generis neutri, ut hoc fidele, & hoc pulchrius.

Octaua Regula.

FElix, cuius generis? omnis ſiue cõis trium generum. quare? quia omnia adiectiua quæ habent duntaxat unam uocem ſunt cõis trium generum, ut hic, & hæc et hoc fœlix, uelox, audax, & uetus.

Nona Regula.

MAlus, prima producta cuius generis? fœminini. quare? quia nomina arborum ſunt generis fœminini, ut, malus,

prius

pirus,prunus,ulmus,quercus,populus.

Excipiuntur, Dumus, rubus, & oleaster, quæ sunt generis masculini. Et siler,robur,suber,Balsamum,Hebenum,& Buxum, quæ sunt generis neutri. Inuenitur tamen etiam hæc Hebenus,& hæc buxus.

Hæc malus,mali	si.lo pomar
hæc pirus,piri	si.lo perer
hæc prunus,pruni	si.lo susiner
hæc ulmus,ulmi	si.lo olmo
hæc quercus,quercus	si.la rouere
hæc populus,populi	si.lo polar ideſt el talpon
hic dumus,dumi	si.lo spino
hæc rubus,rubi	si.la roueda
hic oleaster,oleastri	si.la oliua saluadega
hoc siler,sileris	si.una specie de salegar
hoc robur,roboris	si.ogni specie de legno duro
hoc suber, suberis	si.lo arbore subere
hoc balsamum, balsami	si.lo arbore che produce el balsamo.
hoc hebenum,heben	si.lo arbore hebano
hoc buxum,buxi	si.lo arbore buxo, & lo legno

Decima Regula.

MAlum prima producta cuius generis? neutri. quare? quia omnia nomina fructuum arborum sunt neutri generis ut hoc malum, pirum, pomum, prunum,persicum,cerasum.

Excipiuntur contenta in hoc uersiculo.

Vna,nux,castanea,& iuglans,glans,ficus,oliua.

Hoc pyrum,pyri	si.lo pero
hoc pomum,pomi	si.lo pomo
hoc prunum	si.lo susino
hoc persicum,persici	si.lo persico

Hoc ceraſum,cerafi — ſi.la ceraſa
hæc uua,uuæ — ſi.la uua
hæc nux,nucis — ſi.la noce
hæc caſtanea,caſtaneæ — ſi.la caſtagna
hæc iuglans,iuglandis — ſi.la noſe grande
hæc glans,glandis — ſi.la gianda
hic ficus,fici — ſi.lo figo da manzar
hæc oliua,oliuæ — ſi.lo frutto de le oliue

Vndecima Regula.

PAdus, cuius generis? maſculini. quare? quia nomina fluuiorum cuiuſcunque ſint terminationis maſculini ſunt generis, ut hic Padus, Tiberis, Anio, Nar, Nilus.

Excipiuntur albula, lethe quæ ſunt generis fœminini, & cruſtumium, & Iander quæ ſunt generis neutri. Et apud authores multa inueniuntur neutri generis. Quando iunguntur cũ hoc nomine flumẽ, ut flumen. Rhenum flumen. Iſtrũ. Et multa alia, ſicut etiã dicimus mare Occanũ, cum per ſe declinetur hic Oceanus.

Duodecima Regula.

PSitacus, cuius generis? promiſcui. quare? quia, ut in pluribus nomina uolucrum ſunt epicœne. i. quæ ſub uno genere & una uoce continent marem, & fœminam, ut hic pſitacus Miluius, Bubo. Inuenitur tamen, hic columbus, & hæc columba hic gallus, & hæc gallina hic capus, & capo, ſine fœminino, hic picus, & hæc pica, quæ do nomina ſpecie differunt, & hæc Alcyone, huius Alcyones.

Hic pſitacus, pſitaci — ſi.lo papagallo
hic miluius, miluij — ſi.lo pió
hic bubo, bubonis — ſi.lo alocho
hic columbus, columbi — ſi.lo columbo domeſtico
hæc columba, columbæ — ſi.la columba domeſtica
hic gallus, galli — ſi.lo gallo

Hæc gallina,gallinæ si.la gallina
hic capus,capi,& hic capo, caponis, significa lo capone
hic pulaster, pulastri significa lo polastro
hæc pulastra,pulastræ significa la polastra
hic picus,pici significa lo pigozo
hæc pica,picæ significa la gazola
hæc alcyone, alcyones si.una specie de uccelli che fanno lo nido in mare.

Tertiadecima Regula.

CEntum, cuius generis? omnis. quare? quia omnia nomina numeralia à quatuor usq; ad centum sunt omnis generis, & numeris pluralis. Post centum uero declinatur per tres uoces,ut ducenti, ducentæ,ducenta.trecenti,trecentæ,trecẽta,mille tamen declinatur per tria genera, ut hi, & hæ & hæc mille. Et quandoque in singulari declinatur substantiue,hoc mille,millis,& in plurali hæc millia, sed tum significat idem,quod dicimus uno milliare.

Quartadecima Regula.

A,B,C,cuius generis? neutri. quare? quia nomina literarũ sunt generis neutri.

Prima Regula particularis.

